nē mobilitatis ex consequenti sub
terfugit primū subm̄ phie naturał
Et ideo immobilia transcendūt sci
entiam naturalem. Sed ex hoc nō
habes ꝙ mobilitas sit ratio for-
malis subiua. licet sit passio cōuer-
tibilis cum illa ratiōe formali pri-
mi subi phici. Ad tertium. Cum
dicitur ꝙ illa videtur esse formalis
ratio τc. concedo maiorem cuȝ mo
deraminibus supradictis. sed tunc
minor est euidenter falsa. vt appa-
ret ex premissis.

Argumēta pro scḋa parte.

gratia conclusionis dicerentur. sȝ
quia in ṡo argumento videtur sup
poni ꝙ non omnia naturalia sunt
mobilia τ probaṫ per illud primo
phi. Nobis aūt subiciantur. τc. qḋ
si verum est. tunc mobilitas non ē
passio conuertibilis cuȝ subō phie
naturalis. cuius oppositū est preo
stensum. Id circo nego illud scilȝ
ꝙ non omnia naturalia sint mobi
lia. Ad philosophū dico cū comē.
ꝙ ibi phūs loquitur dubitatiue. vt
abstineat se ab anima rōali. τ alijs
formis. de quibus dubium est vtrū
sint mobiles. et de terra vł de parti
bus terre propinquis centro dubiū
est. vtrum moueantur. Nō. n. de his
phūs inquisierat veritatem quādo
dixit illud verbum. vnde dicenduȝ
ꝙ nec ista dubia obstant. Anima
eni rationalis τ alie forme forte
sunt mobiles per se. sicut τ substan
tie incorporee. vel si non: nihilomi
nus mobilitas est passio cōuertibi-
lis cum primo subiecto phisico. qr
forme non continentur per se sub
primo subō phice scientie sed p re-
dutionem. quia sunt pricipia subē

mobilis physice. Esto ergo quod per se non moueantur. mouentur tamen per accidens ad motum totius cuius sunt partes. sicut de anima expresse dicit Arist. primo de anima

2 ¶ Ad illud de terra et de partibus propinquis centro. dicendum quod et si non mouentur actu possunt tamen moueri. nec hoc eis repugnat Uel aliter. quod si non mouentur motu locali. possunt tamen moueri motu alterationis. puta a frigiditate ad caliditatem. etc. sicut patet in vaporibus eleuatis etiam ab interioribus partibus terre per virtutem solis eis calorem incorporantis.

Instan. ¶ Contra. motus localis est prius motus. ita quod alteratio presupponit ipsum: ex octauo phy. ergo si terra mouetur motu alterationis et per consequens mouetur motu locali.

Respondeo. sufficit quod possit moueri aptitudinaliter et si actu non moueatur localiter. Uel aliter. quod illud dictum octauo physi. non intelligitur quod motus localis sit primus respectu eiusdem mobilis: ita quod quicquid alteratur mouetur localiter. quia oppositum dicit Arist. primo de generatione capitulo de augmento. Sed est intelligendum simpliciter. scilicet quod motum alterationis precedit motus localis in alterante a proximato alterabili. esto quod alterabile maneat immobile secundum locum. et hoc expresse dicitur octauo phy. vbi supra.

Expedita questione de subiecto accedo ad intentum principale vbi sic procedam ¶ Primo queram de materia que actioni naturali subicitur. ¶ Secundo de forma que per actionem naturalem acquiritur. ¶ Tertio de priuatione que in actione naturali necessario requiritur. Nec enim sunt tria principia nature ex primo phy. ¶ Quarto queram de composito quod ex his principijs constituitur.

Circa primum queram primo.

¶ Utrum in substantia naturali composita ex materia et forma: materia dicat aliquam entitatem positiuam distinctam realiter ab entitate forme. ¶ Secundo vtrum materiam existere sine forma includat contradictionem ex terminis. ¶ Tertio vtrum materiam generari et corrumpi naturaliter includat repugnantiam terminorum. ¶ Quarto vtrum materia subiecta quantitati que est accidens habeat aliquam extensionem aliam ab extensione quantitatis. ¶ Quinto. vtrum in rebus naturalibus compositis ex materia et forma: materia sit aliquid pertinens essentialiter ad rationem quidditatis specifice.

Ad primum. quando queritur. ¶ Utrum in substantia naturali composita ex materia et forma: materia dicat aliquam entitatem positiuam distinctam realiter ab entitate forme. sic proceditur. Et videtur quod non. ¶ Et arguitur primo sic illud quod non est distinctum conceptibile ab alio non distinguitur ab eo realiter: sed materia est huiusmodi respectu forme: ergo etc. maior patet: quia sola distinctio conceptibilitatis est minor distinctione reali. Multa enim sunt distincta conceptibiliter non realiter: vbi autem non est minor distinctio nec maior: minor patet Argumentum.

primo phyſi. Materia enim eſt co
gnoſcibilis per anologiam ad for
mam. ¶Preterea Si materia eſt
aliquid ſic diſtinctum a forma. vel
eſt pura potentiá. vel purus actus
vel compoſitum ex vtroqʒ. Nõ pu
ra potẽtia. quia ſic eſſet nihil. Nec
purus actus. Tum quia deus. Tum
quia diſtinguit ex ſeptimo metha.
In fundamento autem nature
nihil eſt diſtinctum. ex primo met.
Nec poteſt eſſe compoſitum ex po
tentia ⁊ ex actu. quia non eſſet pri
mum principium ſed reſolubile in
aliquod prius. ergo nihil aliud
eſt a forma. ¶Preterea ariſ. quin
to phy. probat ꝙ generatio nõ eſt
motus. ꝑ tale argumẽtũ. qḋ moue
tur eſt. ꝙ generatur nõ eſt. ergo ge
neratio nõ eſt motus. Si argemen
tũ valet oportet ꝙ vniformiter af
firmetur eſſe de motu ⁊ negetur eſ
ſe de generatione: Sed in motu af
firmatur eſſe de ſubiectꝓ. ergo in ge
neratione negatur eſſe de ſubõ: Sʒ
ſubiectũ generationis ẽſt materia
ergo materia non eſt. ¶Preterea
qñ aliqḋ dicitur anologice de duo-
bus: ſi in vno reperitur formal'r nõ
in alio. Exemplũ de ſano in aiali ⁊
in vrina: Sed eſſe dicitur anologi
ce de materia ⁊ forma. ſicut ḋ actu
⁊ potẽtia. ergo q2 formal'r forma
ẽ ens materia non ẽ formal'r ens.
¶Preterea. Si materia eſt aliqd
ſic diſtinctũ a forma: ergo genera-
tio eſt alteratio: cõns eſt falſuʒ: er
go ⁊ añcedens: cõſequentia proba
tur. ex primo de generatione: vbi
ariſ. arguit contra phõs antiquos
ponentes materiale principiũ ali-
quod ens actu: dicens ꝙ nõ poſſũt
ſaluare generationẽ ſimpl'r: ſed ge
neratio erit alteratio: ergo ſimil'r
ĩpropoſito: ſi materia ſit aliqḋ ẽs
actu diſtinctum a forma. Cõfir
matur. q2 quicqḋ aduẽit ẽti ĩ actu
accidit ſibi. ergo forma ſbãl' acci-
deret mẽ . ⁊ per cõns mutatioĩn
forma ſubãli eſſet alteratio. ¶Pre
terea. vel tunc materia ⁊ forma eſ
ſent ſe totis diſtincta ⁊ prio diuer
ſa. vel in aliquo cõuenirent ⁊ cẽnt
dria non diuerſa. non primũ. quia
tunc materia ⁊ forma pl's diſtigue
rentur qʒ ſubã ⁊ accidens. Nã ſbã
⁊ accidens in aliquo hñt conueniẽ
tiam. puta in ente. Sed hoc vide-
tur abſonũ. cũ mã ⁊ fõma pertine
ant ad idem predicamentum. ⁊ ſbã
⁊ accidens ad diuerſa. Si detur ſʒ
quero quid ſit illud per qḋ diſtin-
guntur. vel eſt materia. vel forma.
vel accidens. Nõ prima duo q2 eẽt
proceſſus in ĩfinitum. Nec tertiuʒ
q2 tunc materia ⁊ forma diſtingue
rentur per accidens quod videtur
abſonum. ¶Preterea. ex duobꝰ exi
ſtentibus in actu non fit vnum per
ſe octõ meta. ſed ex materia ⁊ for-
ma fit vnum per ſe. ex eodem octõ
¶Preterea Ariſ. ſeptio meta. ait.
Materia nec ẽ quid nec quale nec
quãtũ. ergo nl'. ¶Preterea. comẽ.
octõ meta. ait ꝙ ex actu ⁊ potẽtia
non fit vnum niſi per agens extra
hens actum quod non largiẗ mul-
titudinem ſed perfectionem. Sʒ ſi
materia diceret aliquid diſtinctum
a forma extrahens actum forma-
lem de materia largiretur ſibi mul
titudinem ⁊ non ſolum ꝑfectionẽ.
¶Contra. omne ꝙ refertur ad ali
ud relatione reali diſtinguitur ab
eo realiter. Sed materia realiter re
fertur ad formam. ergo ⁊c. maior
eſt euidens quia eſt vna cõditio re
lationis realis ꝙ extrema realiter
diſtinguantur. minor probatur. q2
dicitur ſo phy. ꝙ referuntur. ꝙ au
tem realiter apparet: quia circun-
ſcripto ĩtellectu adhuc materia re

fertur ad formam. Preterea materia est ex qua res fit cum insit ex primo phy. et quinto meta. Sz forma cũ sit terminus factionis non est illud ex quo res fit. ergo etc.

Respondeo in ista questione Duum supponitur. s. aliqua naturalia esse cõpoita ex mã et forma duo queruntur. Utrum. s. materia dicat entitatẽ positiuam. et vtrum realiter distinctaz. Primo ergo videndum est de supposito quõ illa compositio habeat se in naturalibus rebus. Scõo de quesito prio an materia de sua natura dicat aliquid positiuuz. Tertio de ẽo qsito. an materia dicat aliquid realiter distinctum a forma.

Quãtũ ad primũ ẽ notandũ. q rerum naturalium quedam sunt in genere per se et directe. vt genera et species et etiã indiuidua. Quedam sunt in genere per redutionez. s. principia eorum. Ex his dico duas conclusiones. prima conclusio est ista. q omnes res naturales per se et directe existentes in genere sũt vere composite ex materia et forma. vel ex materiali et formali. hãc ostendo sic. omne diffinibile est vere compositum ex materiali et formali. Sed quodcunque ens per se cadens in genere est diffinibile ab indiuiduis et supra. ergo et cetera maior est euidens ex octauo meta. Et probatur. q vt dicit aris. septimo meta. diffinitio est ratio longa habens partes. et sicut tota diffinitio corespondet toti diffinitio: ita partes partibus: partes diffinitiõis sunt genus et differentia. genus est quid materiale. differẽtia est quid formale. ergo siliter erit ex parte ipsius diffiniti. minor patet. q etiam hoc concedit Aris. septimo meta. de ipsis accidentibus. Preterea hoc expresse dicit Boetius in libro diuisionum. q omnia quecũqz sũt inter idiuidua et generalissima sũt diffinibilia in quocũqz predicamẽto si. aũt species est sic cõposita ergo indiuiduum cum tota essentia speciei i indiuiduo reseruet. Dices q ratio non concludit de accidente. q ipsũ est diffinibile per addita mẽtũ. Rñdeo. q hoc est propter dependentiam quaz habet essentialr ad subãm. sed vltra hoc ponitur vel saltem innuitur in eius diffinitiõe aliquid materiale et aliquid formale pertinens ad intrinsecum sue nature. Preterea ẽo arguo sic. Impossibile est aliquo eodem omnino aliqua differre realiter et conuenire realiter. sed quecũqz species sub aliquo genere sunt huiusmodi. ergo aliq° cõeniũt et aliq° differunt et per consequẽs quodlibet tale ad minus est compositum ex duobus. illud in quo conueniũt est aliquid cõmune et materiale illud i quo differunt est aliquid formale. ergo etc. maior est euidens ex terminis. sed mior patet q sũt differentes nõ diuerse. conueniunt quidem in genere sed differunt differentijs. genus autem est quid materiale. differentia quid formale. Confirmatur quia omne existens per se in generẽ est compositum ex cõtrahibili et cõtractiuo. ergo compositum ex materiali et formali. Confirmatur ẽo. quia illud quod est simpliciter simplex a quocunque distinguitur se toto distinguitur. sed due species vel duo genera subalterna non se totis distinguuntur. vt est euidẽs ergo etc. Preterea tertio arguitur quia secundum aristo. xij. metha. illa que sunt in diuersis predicamẽ

tis sicut sunt simpliciter diuersa ita et eorum principia sunt diuersa et hoc est verum de materia et forma et mouente quod non esset verum nisi huiusmodi essent cōposita modo predicto.

Sed contra istam conclusionē instatur.

De accidente. tum quia accidentia non habent materiam ex qua sed in qua. ex octauo metha. ergo nō sūt composita intrinsece ex materiali et formali. tum quia secundum auctorem sex principi. forma accidētalis est in simplici et invariabili essentia consistens. ergo non composita. Respondeo ad primū. Accidens non habet materiam ex qua essentialiter distinctam a suo formali sed formaliter distinctā. nec illa proprie dicitur materia ex qua sed est compositum ex duabus realitatibus vel formalitatibus distinctis ex natura rei. Ad cuius euidentiam est sciendum q iste due realitates ex quibus componitur ēs in genere sint. a. et b. in quibusdam sunt realiter et essentialiter distincte. puta in habentibus plures formas. quia ab alia re sumitur realitas generis. et ab alia re sumitur realitas dfe. Exemplum in homine. a forma sensitiua sumitur realitas generis. et a forma rationali realitas differentie. In alijs autem. a. et. b. non sunt realiter distincte. qr non sumuntur ab alia et alia re sed ab alia et alia re realitate seu formalitate. tamen illud quod ex eis constat est compositum ex materiali et formali. quia ipsum a. in illo instanti in quo distinguitur. a. b. vere est potentiale et perfectibile ab ipso. b. et vere perficeretur nisi impediretur propter essentialem identitatem quam habent in tertio in quo sunt idem essentialiter. et ideo talis identitas non tollit omnimodam compositionem ex materiali et formali licet in illo tertio vnitiue. et virtualiter contineātur. Ad fin dico q accidens dicitur esse simplex per priuationem compositionis que est ex re et re. nō que ex realitate et realitate. Est enim accidens compositum ex realitatibus formaliter non eisdem. Ex predictis concludo corelarie q accipiendo materiam hoc modo q tam angelus quam corpus celeste est compositum ex materia et forma. cadunt enim in genere directe. Utrum autē sint composita ex vera materia que est pars compositi distincta realiter a forma. Hoc dimitto tanquam dubium de quo forte alias. Secunda conclusio est ista. q illa que sunt in genere p reductionem non est necesse esse composita modo predicto immo est deuenire ad aliqua simplitia omnino. Hanc ostendo sic. quia si non ergo erit processus in infinitum. consequens est falsum. ergo antecedens. probatur consequentia. qr aliquid componitur ex re et re. accipio rem componentem quero vtrū sit omnino simplex vel nō si sic habeo propositum. si non. quero vltra et sic in infinitum. Sed contra hanc conclusionem arguo. primo quia illa res simplex vel erit purus actus. vel pura potentia. vel compositum ex vtroque. Si primum ergo idem quod deus Si secundum ergo erit nihil Si tertium ergo non erit omnino simplex. Preterea Augustinus sexto de

trinitate. capitulo sexto dicit. quod nulla creatura est in se simplex. ¶ Preterea omne ens per participationem est compositum ex participante et participato. Sed omne ens creatum est ens per participationem. ergo et cetera. ¶ Respondeo. sic intelligo. quod aliqua creatura est simplex .i. non composita ex rebus. tamen non est omnino simplex. Tum quia componibilis. sicut patet. quia materia est componibilis forme et econuerso: substantia autem composita est componibilis accidenti et econuerso. Tum quia omnis creatura est composita aliquo modo ex positiuo et priuatione alicuius gradus entitatis. quod sic intelligo. Infinitas enim non repugnat entitati vt entitas est. ideo est aliquod ens infinitum. scilicet deus. omne autem ens creatum est finitum. et ideo deficit sibi aliquis gradus entitatis. non sub ratione qua tale ens. sed sub ratione qua ens. Exemplum talpa dicitur carere visu. non sub ratione qua talpa. quia talpe non competit visus secundum rationem sue speciei. sed caret visu sub ratione qua animal quia animali natus est conuenire visus. Sic in proposito. et ideo omne ens creatum est compositum ex positiuo et priuatiuo. ¶ Notandum tamen quod ista compositio non est in essentia rei. quia priuatio de essentia positiui non est. Hanc autem compositionem sequitur compositio ex actu et potentia obiua. Nam omne ens tale sub ratione qua ens est potentialiter capax illius gradus entitatis qui deficit sibi. Sed hoc non arguit compositionem ex re et re. Ex hoc patet quid dicendum sit ad primum argumentum. ¶ Ad secundum per idem. quia nulla creatura est ita simplex quin aliquo modo sit composita modo predicto. et sic intelligit Augustinus. ¶ Ad tertium dico quod participare idem est quod partem capere. ideo participare duplicem relationem importat. vnam que est partis ad totum. alia que est capientis ad captum. prima non arguit compositionem ex re et re. quia non sumitur huiusmodi pars proprie. sed extensiue prout dicitur minus pars maioris Sic enim creatura est pars dei. et omne imperfectum est pars perfectioris. secunda etiam relatio non arguit compositionem ex re et re. Ad cuius euidentiam est sciendum. quod pars capitur tripliciter. vno modo sic quod totum captum sit pars capientis. Exemplum Sic species participat genus. quia includit quicquid est de ratione intrinseca generis et adhuc plus. Secundo quod pars capti sit pars capientis. Sed tertio quod pars capti sit totum ipsum capiens. Creatura autem participat deum. Non primo vel secundo modo vt patet. sed tertio modo. quia pars dei: accipiendo partem vt predixi est totum ipsum ens creatum capiens. Sed hoc nullam arguit compositionem in ipsa creatura ex re et re. quia vt dictum est pars capti est totum ipsum capiens nec est ibi aliquid cum quo componitur. ad formam dico quod maior est vera scilicet primis duobus modis accipiendo partem capere. Sed tunc minor est falsa. quia ens creatum nullo istorum duorum modorum participat ens diuinum. sed tantum tertio modo vt est preostensum.

Quantum ad secundum.

teneo hanc conclusionem q̄ materia non dicit formaliter entitatem priuatiuam sed positiuaꝫ. hāc ostē do sic. Nulla priuatio est per se de constitutione alicuius positiui. Sed materia est per se de constitutione alicui⁹ positiui. ergo ꝛc̄. maior est euidens. Sed minor probatur. quia materia est per se causa ꝛ intrinseca compositi quod est aliquid positiuū. ¶ Preterea omnis priuatio presupponit subiectū cuius est. sed materia nullum tale ꝑsupponit. ergo ꝛc̄. maior ē euidēs ex. iiij. meta. quia priuatō est negatio in subō apto nato. minor pꝫ ex primo phy. vbi aris. probans materiam ingenerabilem ꝛ incorruptibilem ait. q̄ alias ante materiam esset materia alia. qd̄ habet ꝓ impossibili. ¶ Preterea. oīs actio realis positiua terminatur ad aliquid reale positiuū. sed creatio terminatur ad materiam secundum augustinū. xij. confess. que creatio est actio realis ꝛ positiua. ergo ꝛc̄. ¶ Preterea. omnis priuatio ē formaliter pura negatō quāto meta. sed materia nō est pura negatō. quia tam non esset per se principium alicuius positiui. ergo materia non ē priuatio. sed dicit aliquam entitatem positiuam ꝛ realem.

Quantum ad tertium est.

vna opinio tenens partem negatiuam. ponit enim q̄ res generabil' ꝛ corruptibilis tantum habet vnā realitatem quam aliqui eorum dicunt materiaꝫ ꝛ aliqui formā. ꝛ dicunt idem in re licet varientur in verbis. Qui ponunt illam realitatem esse materiam dicunt q̄ cū res generatur materia proficit in gradu entitatis. ꝛ vt est in gradu infimo vocatur materia. vt autem est in gradu perfectiori ad quem proficit vocatur forma. ita q̄ secundū eos forma est gradus intrinsecus materie. Alij dicunt formam proficere in gradu entitatis ita q̄ ipꝫ compositꝫ est ipsa materia vl' forma vt est sub illo gradu intrinseco ad quem per generationem proficit. probant autem sic illud quod conducit aliquid ad esse perfectum non differt ab eo nisi penes gradū vnde nulla realitas penitus distincta ab alia potest adducere istū ad esse perfectum: V. g. forma ligni n̄ conducit lapidem. nec a tertio calorem. sed forma conducit materiā ad esse.

Contra istam opinionem.

Arguitur multipliciter. primo sic omnis trāsmutatio naturalis ē ab opposito i oppositum manente aliquo communi sub vtroqꝫ terminorū. Sed generatio est transmutatō naturalis ergo ꝛc̄. Illud commune voco materiam. quam oportet realiter differre ab ipsis oppositis quibus subicitur aliter essent simꝉ opposita maior est euidens ex primo physicorum et ex primo de generatione. Et probatur etiam ratione. quia omne agens naturale requirit aliquid i quod agat. minor patet. Respōdetur q̄ illud qd̄ actioni subicitur non est materia nec aliquid commune generato et corrupto. sed ipsum corrumpendū quod non manet i fine generatōis. Ista responsio confirmatur per illud primo de generatiōe. quia in generatione simpliciter totum mutatur in totum. ergo nihil manet cōe. Sꝫ cōtra prius nāl'r corrumpendum non est quam genitum fiat: in illo ergo instanti. in quo generans generat nl' sibi supponitur

in quod agat. ergo ꝓducit de nihilo. ergo generatio est creatio.

Respondetur.

ꝙ producere de nihilo vel de non aliquo potest eē dupl'r vel subiectiue vel initiatiue. Agens ergo naturale producit de non aliq° subiectiue sed nō initiatiue. quia producit ex termino a quo. deus autem vtroq; modo producit de non aliquo. et illud est creatio. Hic autem non est sic saltem cum producio fit de aliquo initiatiue et si non subiectiue. Contra. Agens habens i sua virtute actiua totum effectum nō mi⁹ illum producit si non opponitur illud per cuius presentiam magis debilitatur virtus eius quam fortificetur: sed per actionem in contrarium magis debilitatur virtus actiua agentis quaȝ fortificatur: quia agendo repatitur. ergo si ignis generet ignem ex aqua non minus ꝓducit ipsum sine aqua q̄ȝ ex aqua. et per consequens talis produ° erit de non aliquo tam subiectiue quaȝ initiatiue. et sic crea°. Confirmatur. quia agens naturale potens in aliquem totum effectum: illum necessario faciet nō impeditum. ex. ix. metha. Sed per ammotionem contrarij siue corrumpēdi ammouetur impedimedntuȝ agentis quia ex actione in contrarium impeditur in sua actione. ergo non posito ipso corrumpendo in quod agat necessario producet totum effecum illuȝ ex non aliquo vtroq; modo. ergo creabit. Nec cogit illud ꝙ totum mutatur in totum. Illa enīȝ ꝓpositio Ari. vera est si totuȝ accipiatur cathegorematice. Est. n. sēsus. totū ꝯstitutum ex partibus puta aer mutatur in totum aliud puta in aquā. Non est autem vera. Si totum capiat sincategorematice. qr ē sens⁹. ꝙ quelibet pars mutatur in q̄ȝlibet partem. Nam manet materia communis.

Ad cuius euidentiā ē notāduȝ ꝙ dictionū alie dicūtur categorice que significant rem vel dispositionem rei q̄ subicitur vel predicat' in enunciatione: Verbi gratia. homo albus currit: homo enim significat rem que subicitur et albus dispositionem subiecti: currit autem significat rem que predicatur. Ille au dicunt' sincategorematice q̄ n̄ significāt rē vel dispositionē rei sȝ modū determinatiuȝ rei. V. g. omnis hō currit li. ois est dictio sincategorematica qr n̄ significat rē vel dispositionem rei. sed determinat ipsam rem. puta hominem accipi distributiue pro omnibus suis partibus sb iectiuis. Ad propositum totum acceptū categorematice significat ipsā rē ꝯstitutā ex partibus: et sic cū in generatiōe simpl'r fiat mutatio in forma sbāli a qua principaliter est esse termini: ideo totum dicitur transire in totum: qr totuȝ ē ex aeris in totum esse aque vel econuerso. Totū āt acceptū sincategorematice qd dtermiat ipsaȝ reȝ accipi ꝓ qualibet sui parte. Et sic accipiendo esset sensus ꝙ res secundum q̄ȝlibet sui partem transiret in quanlibet partem alterius totius. et iste sensus est falsus. vt patet ex predictis. Preterea secundo ad principale arguit sic. Nullum simplex ē corruptibile a principijs intrinsecis: quia non habet principia contraria se inuicem transmutantia: Sed per te omne generabile et corruptibile est simplex. ergo nullū tl'e est corruptibile a principijs intrinsecis. quod est contra Ari. septimo

metha. vbi vult q aliqua substantia sit corruptibilis intrinsece eo quo celum non ponitur corruptibile. Confirmatur. quia omne generabile et corruptibile habet materiam. secundum quam potest esse et nō esse. ex septimo metha. et secundo de generatione. Preterea. si res generabilis et corruptibilis est simplex vt pois g° nlla gene° pa° erit naturalis: consequens est falsum ergo et antecedens: cōna probatur. Nam ge° ex hoc dicitur naturalis quia susceptibile appetit naturaliter ipsam formam: sed si omne corrumpendū sit simplex nihil erit quod appetat naturaliter formam generandam: forma enim corrumpendi non appetit illā: quia nihil appetit sui corruptionem: ergo talis gener° non ē naturalis. Preterea. mutari est aliter se habere nunc quam prius. ex sexto phy. Sed si per te nihil corrupti manet in generato non erit aliquid quod aliter se habeat nūc q̄ prius. et per consequens tollitur omnis mutatio et omne mutari. Preterea. si gener° non sit nisi secundū illum profectum ad gradum intrinsecum entitatis ergo omnes res generabiles et corruptibiles sunt eiusdem speciei. consequens est falsum euidenter. ergo et antecedens. consequentia patet quia gradus intrisecus rei non variat speciem. Quis enim diceret q albedo intensa distiguatur specifice a se ipsa remissa. Cōfirmatur specialiter de anima intellectiua. quia nec ipsa est gradus intrinsecus materie nec materia. potest intrinsecece perficere ad talem gradum. Alia opinio. est que vt reducat ad formā dicit tria. Primum dictum est q materia et forma distinguntur realiter vt duo positiua. sed quodlibet precise acceptum non habet rationem entitatis et realitatis. Secundum dictum est q materia et forma seorsum accepte n̄ habent rationem precise intelligibilitatis a quocunque intellectu etiam angelico. Ita q vnum sine alio non sufficit ad terminandum actū intellectus. Tercium dictum est q sequitur ex predictis q materia et forma non possunt dici duo quid vel duo aliquid vel duo hec. sed dicuntur duo huius. inicitant enim ipsum hoc.

1 Pro ista positione arguit sic. illud quod solum habet rationem distinguibilis vel distinctiui non est aliquid hoc. nec dicit precisam entitatem seu realitatem. Sed forma et materia sunt huiusmodi. ergo etc. maior probatur quia omne q est aliquid hoc. dicit distinctam realitatem constitutam ex distinguibili et distinctiuo. Si ergo illud quod solum rationem distinctibilis vel distinctiui dicit aliquid h°. esset alia aliqua realitas constituta ex distinctibili et distintiuo. et tūc non solum diceret hoc vel illud sed esset processus in infinitum. minor probatur. Primo de materia. q ipsa habet solū dicit rationē distinctibilis. quia i fundamento nature nihil est distinctum. ex primo metha. Secundo: probatur de forma q habeat solam rationem distinctiui quia forma est actus. actus autem distinguit ex septimo metha. distinguit quidem formaliter non effectiue. quia tunc talem distinctionem formalem posset deus semper supplere perse. quod est falsum. Sed distinguit formaliter.

2 Preterea secundo sic. prima integrantia entitatem non sunt entitates. Sed materia et forma sunt huiusmodi. ergo etc. maior probatur. quia aliter nō essent integrantia. vel idem seipsum

Gratio dr nalis io.

Grad rei intrinsecus nō variat spem.

Alia est opinio.

integraret. minor ostenditur. quia materia τ forma: sunt cē intrincece entitatis τ quedam portiones entitatis. Confirmatur. quia comē. oc tō Metha. nominat materiam τ formam quasdam truncatas entitates. ¶ Preterea. tercio. quod nō est aliquid formatum non est entitas vel aliquid huius. Sed materia τ forma non sunt aliquid formatum. ergo τc. maior videtur euidens. quia quod est aliquid huius. est aliquid formatum. minor probatur primo de forma quia forma est quedam formalitas. figura. τ dispositio. τ modus. vt videtur Ari. eam nominare. secundo phy. τ quinto Metha. quod autem est formalitas non est aliquid formatum. sicut nec figura figuratum. vel dispō dispositum. vel modus modificatum. ¶ Secundo probatur de materia. quia ipsa est quid formabile: figurabile: diponibile: τ modificabile: sed formabile non est formatum: nec disposibile dispositum. Confirmatur specialiter de materia qꝛ nulla ētitas preexistit in entificatione simpliciter: Sed materia preexistit in entificatione simpliciter: ergo materia non est aliqua entitas: maiō patet: quia entificatio. i. generatio simpliciter est ex non ente simpliciter: ex primo de generatione. minor probatur ex eodem primo de generatione: qꝛ materia prima maxime est subiectum generatiōis seu entificationis simpliciter.

4 ¶ Preterea. quarto arguo sic. sicut se habent partes circuli ad circulum sic materia τ forma ad entitatem: Sed partes circuli non sunt circulus sed sunt quedam formationes ipsius circuli: ergo materia τ forma non sunt entitates sed formationes quedam entitatis. maior patet. quia sicut partes circuli sunt quedam partes integrales circuli. sic materia τ forma sunt integrantes entitatem.

5 ¶ Preterea. quinto τ est quasi idem arguo sic. sicut se habent vnificatio τ vnificabile ad ipsum vnum siue vnificatum: sic entificatio τ entificabile ad entificatum. Sed vnificabile puta corpus animal' τ vnificatio puta anima non sunt aliquid vnificatum: ergo materia que est quoddam entificabile τ forma que est quedam entificatio non erit aliquod entificatum siue aliqua entitas. ¶ Sed ista imaginatio non placet. vnde contra primum dictum arguo sic. Ista duo positiua realiter distincta sint. A τ. B: aut sunt ens: aut non ens: si non ens: ergo ens ꝯponitur ex non entibus intrinsece: quod est absurdū τ contra te: quia non essent duo positiua sed duo negatiua: si sunt ens: ergo res: quia res τ ens conuertuntur secundum auice. Primo metha. cap. quinto. Materia ergo τ forma sunt duo entia τ due res τ per consequens duo aliquid. ¶ Preterea. vel materia τ forma sunt duo positiua distincta distinctione extra animā: vel non: si sic: ergo per necessitatē sunt duo disticta ex natura rei τ dicunt duas res vel duas realitates: si vero non sunt distincta distictione extra animam erg o non sunt distincta realiter: quod est contra te: τ vlterius essent entia solum secundum rationē quomodo ergo possunt componere compositum compositione reali: s. n. videtur possibile. ¶ Contra secundum dictum arguo sic, quecunqꝫ hēnt distinctas rōes vel ētitates sunt distincte ꝯceptibilia a potentia hēnte ens pro obiecto adequato:

Sed materia ⁊ forma habent distic
tas rationes entitatis: vt patet ex
predictis ergo ⁊c̄. Sed intellectus
humanus ⁊ angelicus habent ens
pro obiecto adequato etiam secun
dum te qui dicis in scripto sup pri-
mum sententiarum quod nouiter
edidisti ꝙ ratio entitatis est prima
ratio intelligibilitatis. ergo intel-
lectus tam humanus quam angeli
cus poterit materiam ⁊ formam in
telligere distincte. ¶ Preterea quod
potest distincte intelligi ab aliquo
intellectu non repugnat sibi quan
tum est ex parte sua quin distincte
possit etiam terminare actuum in-
tellectus: Sed materia ⁊ forma di-
stincte cognoscuntur ab intellectu
diuino: ergo ⁊c̄. maior est euidens:
quia si intelligeret rem sub ratione
repugnante obiecto: iam esset intel
lectus falsus: minorem probo sic:
quecunque habent distinctas yde-
as in deo sunt distincte conceptibi
lia a diuino intellectu: Ydea enim
ponitur ratio intelligēdi: Sed ma
teria ⁊ forma habent distictas yde
as in diuino intellectu: ergo ⁊c̄. mi
nor probatur: quia sunt distincte
producibilia: ⁊ per consequens per
distinctas rationes ydeales: quic-
quid enim deus distincte producit
distincte intelligit: cum producat
vt agens per cognitionem: patet
ergo ꝙ materie ⁊ forme non repu-
gnat distincte terminare actū intel
lectus. ¶ Contra tercium dictū ar
guo sic. vel materia ⁊ forma sunt
duo nihil: vel sunt duo aliquid: vel
vnum nihil. vel vnum aliquid. Nō
potest dari primum vel tercium per
te qui ponis ea duo positiua: Nec
etiam secundum veritatem: quia ēs
nō componitur intrinsece ex nihilo
ergo oportet dare secundum ꝙ ma
teria ⁊ forma sunt duo aliquid.

¶ Preterea. Contra totam positio-
nem arguo sic. quecunque sunt se-
perabilia ab inuicē seperatione rea
li illa per necessitatem sunt plures
res ⁊ plures ētitates: Sed materia
⁊ forma sunt huiusmodi. ergo ⁊c̄.
maior videtur euidens ex terminis:
Nam ad oppositum predicati se-
quitur oppositum subiecti: minor
patet p comentatorem quarto phy
sicorum. quia transmutatio fecit co
gnoscere materiam: vnde materia
manet eadem sub forma generati ⁊
corrupti: nō simul. ergo successiue:
ergo realiter separ a forma. qr quāqꝫ
ē sb vna quāqꝫ sb alia. Dicendū ꝫ est
ergo. ꝙ materia ⁊ forma sunt duo
positiua realiter disticta: vt due res
precisibiles ⁊ distincte conceptibi-
les. vel duo hec. vel duo aliquid.
Nec rationes eius cogūt. ¶ Ad qua-
rum solutionem premitto duo. pri-
mum est ꝙ esse aliquid huius com-
petit rei: non absolute. sed in respec
tu: ⁊ ideo si ab illa re circunscriba-
tur ille respectus quo erat aliquid
huius. erit aliquid hoc. Esse ei ali-
quid hoc. ⁊ esse aliquid huius: non
sic repugnant quin eidem rei pos-
sunt conuenire sub alia ⁊ alia rati
one. Exemplum. Manus ⁊ pes. in
respectu ad totum corpus. non sūt
duo hec: sed duo huius. Si autem
circunscribatur ille respectus ad to
tum puta si seperentur per intellec
tum. vel realiter a corpore. erunt
duo aliquid hoc. ⁊ non duo huius.
quia quodlibet faceret vnum per se
existens: Similiter dico in proposi
to. ꝙ materia ⁊ forma licet respec-
tu ētitatis totius cōpositi sint duo
huius. absolute tamen in se consi-
derata sunt duo hec. ⁊ duo entia. ⁊
duo aliquid. quicquid enim est extra
nihil est ens. ⁊ aliquid. ⁊ res. ¶ Se
cundum quod premitto est ꝙ entiū

quedam sunt simplicia quedam cõposita. vtz ex prio articulo. Et simplicium quedam sunt increata. vt ens primuz. quedam creata. vt omnia simplicia citra primum. quodlibet horuz est vere ens. probatur. qr quicquid est extra nil' est vere ens. quia inter ens et nihil non cadit medium et perconsequens est uere res. quia ens et res conuertuntur. Sed quodlibet predictorum vt patet discurrendo est extra nihil. ergo &c.

Tunc respondeo ad rationes.

Ad primum. nego maiorem. Ad pbationem tamen cuz dicis q omne aliquid hoc. dicit distictam realitatem compositam vel constitutaz ex distinctibili et distictiuo. Dico q est falsum vl'r accipiendo. quia verum est de hoc aliquid composito. ñ de simplici. et sic nullus erit processus in infinitum. Esse enim distinctibile et distinctiuuz et esse distinctũ. non repugnant diuersimode accepta. Materia enim est purum distinctibile distinctione que est per formã. et sic intelligendum est illud q in fundamento nature nil' est distinctum. sed nihilominus est quid distinctum distinctione entitatiua. iõ equiuocas de esse distinctum. Similiter forma distinguit distinctione formali. et sic verum est illud q forma seu actus distinguit. Sed nl'ominus est aliquid distinctum distinctione entitatiua. qr tã materia q̃z forma sunt aliquid ens distictuz extra suam causam. Ad secundum cuz dicis q primo integrantia &c. Dico q verum est primo integrantia entitatem non esse entitates illas quas integrant. quia nihil integrat vel cãt seipsuz. et ex hoc habeo contra te. quia alia est realiter entitas totius integrati ab entitate ptiuz integrantiũ. et sic ẽ vera minor sub assumpta. Si autem accipias maiorem vl'r sic dico q est falsa qr entitas compositi ex entitatibus integratur. Arguere autem non sunt entitates quas integrant. ergo nõ sunt entitates est euidenter fall'a ꝯsequentis. Ad confirmationez dicendum quod comentator. ideo nominat materiam et formam entitates truncatas. quia non sunt tales quales sunt entitates composite respectu quarum sunt quedaz portiones et quedam trunci sed ex hoc nõ sequitur q in se sint nihil. ergo aliquid. Ad terciuz cum dicitur q nõ est quid formatum &c. Dico q ista maior est falsa. Non enim omnis entitas est formata. Ad confirmationem de materia. Dico q ly simpliciter dupliciter potest accipi secundum Ari. primo de generatione. simpliciter. i. vniuersaliter. vel simpliciter. i. principaliter. Si primo modo sic maior est vera. qr ante ens vniuersaliter non est aliquod ens. sed tunc minor est falsa. qr materia non preexistit tali entificationi. si accipias simpliciter secũdo°: sic maior est falsa. quia entificationi entis simpliciter. idest entis principaliter quod est subiecta necessario preexistit vt subiectum aliquod ens. sed tunc minor est vera. qr materia preexistit tali entificationi et sic loquitur ibi Ari. de ente uel nõ ente simpliciter ad litteram. vt patet intuenti. Ad quartum concessa maiore nil' habes. dicetur q sicut ptes circuli non sunt circulus quem componunt sic. materia et forma ñ sunt entitas quam componunt. sed non sequitur. ergo non sunt aliqua entitas. sed cõmittitur ꝯñtis fall'a. Aliter negatur maior. qr non est simile. nam circulus dicit realitatez

specialem. sed entitas transcendentem. licet ergo ptes circuli possint fugere realitatem circuli quia non propter hoc erunt nl'. Materia tamen et forma nõ possunt fugere realitatẽ entitatis nisi essent nl'. ergo etc. Ad quintũ per idem quia sic currit argumentum.

Alia est opinio Johannis scoti quam reputo veriorẽ. Ad cuius euidentiam primo condictiões aliquas materie edisserã. secundo õclusionẽ intentam mẽqz õdiciões probando inferam. Tercio pro declaratione conclusionis: et argumentorum solutione distinctiones quasdam ostendam. ¶ De primo est prima conditio materie. qꝫ ipsa est fundamentum et receptaculum omnium formarum materialium. hoc apparet ex primo metha. et secundo de generatione vbi Ari. materiam nominat pandereos. idest receptaculum omnium formarum. Secunda conditio est. qꝫ materia est pse principium ex primo phy. Et est per se cã secundo phy. et est per se pars. ex vij. Metha. ¶ Tercia condictio est qꝫ materia est per se subiectum generationis. ex primo de generatione. prima inqt materia quã vocat ibi yle est maxime subiectum generationis et corruptionis. ¶ Quarta condictio est qꝫ materia est per se terminus creationis secundum Augustinum. xij. cõfessionũ. ¶ Quinta condictio est. qꝫ materia est ingenerabilis et incõruptibilis primo physi. ¶ De secundo de prima condictione arguo sic. impossibile est idem realiter separari a seipso. quia da oppositũ sequitur qꝫ idem simul erit et non erit. qd est oppositum primi principij et per consequens falsum. sed materia et forma sunt seperabilia abinuicem. Materia enim est receptaculũ omnium formarum: sed non simul. ergo successiue. et per consequens seperabilis a qualibet forma seorsũ. ergo materia et forma non sunt idẽ realiter. ¶ Preterea. primum receptaculum est distinctũ realiter a primo recepto. sed i genere cause materialis est dare primũ receptiuũ. cum non sit processus in infinitum in causis per se. ex secundo metha. ergo materia est realiter distincta a forma que est primũ receptũ. maior est euidens. Tum quia nihil est idem realiter sui ipsius receptiuũ. Tum quia aliter primũ receptiuũ non esset primum si aliquid ipsius recepti in eius ratione clauderetur. ita nec econuerso. ¶ Preterea ex secunda condictione arguo sic. omne compositum vere et essentialiter cõstat ex componentibus realiter et essentialiter distintis quia opositum predicati infert opositũ sbi. Sed cõpositum ex materia et forma est vere et essentialiter compositũ. ergo etc. minor patet. quia materia est per se principium essentiale et per se causa et pars quiditatis. ¶ Confirmatur. quia compositum ex materia et forma uel constat ex nihilo et nihilo. vel ex nihilo et aliquo. vel ex aliquo et aliquo: prima duo sunt incompossibilia. quia nihil non põt esse per se causa intrinseca et pars. vel per se principium essentiale alicuius entis. ergo oportet dare tercium et sic propositum. ¶ Preterea ex condictione quarta. arguo sic. Materia est terminus creationis. forma non nõ est terminus creationis. ergo forma non est materia. minor patet. quia forme naturales ñ educuntur de potentia materie per creationem. ¶ Preterea ex tercia ar

Conditõs mãe.

Xmã & forã ñ sũt idẽ realiter.

Ens i potentia < subiectiue . obiectiue .

guo sic. Materia est subiectum ge
nerationis. forma non est subiectū
generationis. sed magis terminus.
ergo forma non est materia. ¶ Pre
terea ex quinta condictione arguo
sic. Materia est ingenerabilis ꝛ
incorruptibilis. forma non est in
generabilis ꝛ incorruptibilis. ergo
forma non est materia. ¶ Confirma
tur etiam opinio. per rationes qui-
bus argutum est contra opiniones
precedentes. ex improbatione eniꝫ
illarum patet veritas huius. ¶ De
tercio. quia materia dicitur ens in
potentia. Est notandum. ꝙ ens in
potentia dicitur dupliciter. vel sic
subiectum potentie. vel sicut termi
nus potentie. prima potentia dicit̄
subiectiua. secunda dicitur obiecti
ua. ꝛ hec est ꝺ̄ria entis. qꝛ circuit oē
ens creatuꝫ. taꝫ simpliciter ꝙ̄ꝫ com
positum. ¶ Notandum autem ꝙ iste
due potentie non sunt eedē qꝛ sunt
seperabiles vt patet in creabili. ꝙ
enim creatur est in potēcia obiecti-
ua: non subiectiua. qꝛ in creatione
vnum subiectuꝫ subicitur. ¶ aliquan
do tamen eedē in eodē potentia ei
vt est in subiecto ꝛ ad aliud dicitur
subiectiua: ꝛ illa eadem vt est iꝰ ad
ꝙ est dicitur obiectiua. Exempluꝫ.
Aliomodo. superficies est in poten
tia ad albedinē. ꝛ aliomodo ipsa al
bedo est in potentia anteꝙ̄ꝫ sit. sed
eadem vt comperatur ad subiectuꝫ
dicitur subiectiua. ꝛ vt comparatur
ad agens dicitur obiectiua. ¶ Ad ꝓ-
positum. Materea dicit̄ ens in po-
tentia nō obiectiua sicut albedo an
teꝙ̄ꝫ sit qꝛ materia non est sic in po
tentia agentis. sed manet actu sub
vtroqꝫ terminoꝝ in transmutatio-
ne sed dicitur ens in potentia sub-
iectiua eo modo quo superficies di-
citur in potentia ad albedinem:
¶ Nam materia est ens receptiuum

actus subālis primo. ꝛ actus acci-
dentalis secundario. ita ꝙ licet ma
teria sit ens in actu entitatiuo qꝛ ē
aliquid extra suam causam distinc-
tum. tamen distinguitur contra ac
tuꝫ formaleꝫ ꝯpletuꝫ ꝛ specificuꝫ.
ꝛ ita describitur ꝑ ens in potentia.
qꝛ maxime est receptiuuꝫ actus. nō
ꝙ omnino sit in potentia. sicut est
albedo futura. vel sicut est anterp̄s
qꝛ tunc non possent sibi competere
conditiones quas premisi. ¶ Notan
dum secundo ꝙ ꝯpositio est duplex — Compo < entium . conceptuum .
quedam conceptuum. quedam en-
tium. ꝛ in qualibet cōpositiōe cuꝫ
non sit processus in infinitum est ꝺ
uenirē ad aliꝗ duo extrema formali
ter alterius ratiōis. ita vt nil' vniꝰ
includatur in ratiōe alterius. Ista
extrema in compositōe entiuꝫ siue
reꝝ sūt forma ꝛ materia prima ita
ꝙ materia est puꝝ actuabile ꝛ po-
tētiale forma est puꝝ actuatiuū. ꝛ
nihil vnius includitur in ratiōe al
terius. qꝛ aliter nec illud esset purū
actuatiuū. nec illud puꝝ actuabile
Extrema autē in compositione ꝯ
ceptuuꝫ sunt conceptus tantum de
terminatiui. ꝛ tm̄ deti abiles. qualis
est ꝯceptus entis ad quē stat resolu
tio ꝯceptuū determinabilium Aliꝰ
extremuꝫ est conceptus pure deter-
minatiuus q̄lis est ꝯceptus vltime
differentie. ¶ Ex quibus patet corela — Corl.
rium ꝙ extrema in qualibet harum
compositionum sunt in suo ordine
primo diuersa ꝛ in nl'lo conueniunt
vt predixi. ita ꝙ nihil vnius inclu-
datur in ratione alterius.

¶ Dico ergo. ad questionem. — R. vltimate ad questionem
Ex omnibus premissis. ꝙ materia
distinguitur realiter a forma reali-
tate positiua receptiua omnino al-
terius rationis a forma. ꝛ est quid
primo diuersum ab ea. probatur

Quomodo materia est ens in potentia.

Q sit obiectum nāle & adequatum viatoris.

illa sunt primo diuersa que in nul-
lo conueniunt ita q nl' includitur
vnius in ratione alterius. nec econ-
uerso. sed materia & forma sunt hu-
iusmodi ergo &c. maior patet ex. v.
Metha. minor patet ex predictis.
quia si non. vel tota forma non es-
set nata recipi quantum scilicet ad
illud q includeret de materia. vel
materia tota non esset nata recipe-
re quantum ad illud quod include-
ret de forma.

Ad argumenta ad primum.

Cum dicitur illud quod non est di-
stinctum conceptibile. &c. dctur. sz
minor est falsa. Ad probationem.
Materia est cognoscibilis secundū
anologiam ad formam. ¶ Dico q
verum est intellectui humano pro
statu isto. ¶ Cuius ratio est quia co
gnoscimus rez a posteriori & p ope
rationem eius. vnde ex distinctione
operationum arguimus distinctas
formas. quia forme est agere. & q2
materia non est ratio agendi Ideo
eam non cognoscimus in se precise
sed in relatione ad formam. tamen
ipsa est de se distincte cognoscibilis
a potentia non impedita. ¶ Con-
tra. omnis potentia habens aliqđ
comune pro obiecto naturali & ađ
quato potest naturaliter inquodli-
bet contentum perse sub illo comu-
ni aliter non esset adequatuz sed ex
cederet potentiam. sed ens est tale
obiectum intellectus nostri secun-
dum auic. primo metha. ca. v. ergo
cum materia contineatur sub ente
potest p se intelligi ab itellectu no
stro. ¶ Respondeo concessa maiore.
Dico q minor est falsa. quia ens ñ
est naturale obiectum intellectus
nostri. Sunt eni multa entia puta
ꝓprietates intelligentiarum & dei
quas naturaliter non possumus co
gnoscere. sed est necessarium reuela
tio. quid ergo erit obiectuz natura-
le adequatuz intellectus viatoris.
Respondeo forte qditas materia-
lis vel aliquid aliud de quo non cu
ro ad presens. ¶ Ad secundum. Di-
co q materia est pura potentia sub
iectiua. sed ex hoc nō sequitur q sit
nl'. vtz ex tercio articulo. posset etiā
dici q esset quodaz compositum ex
potentia & actu sicut quelibet crea
tura modo preexposito in primo ar
ticulo. sed ex hoc non sequitur qn
sit principium primum. quia non
est composita ex rebus. ¶ Ad terci
um. concedo q vniformiter nega-
tur esse a subiecto generationis &
affirmatur de subiecto motus: sed
loquitur de esse formali perfecto &
specifico: quia subiectum motus est
aliquod ens actu perfecto & forma
li: Materia autem non: sed ex hoc
non sequitur q sit nl': quia est ali-
quid in actu entitatiuo: quo distin-
guitur & ponitur aliquid extra suā
causam. ¶ Contra. quia motus est
actus entis in potentia. Ex tercio
phy. ergo non uidetur q subiectuz
motus sit ens actu sed potentia:
Respondeo. concedo q de ratione
subiecti motus vt sic non est q sit
ens actu sed potentia: sed tamen ē
coeractum necessario q sit aliqđ
ens in actuperfecto: & hoc sufficit
Philosopho ad distinguendum ge
nerationem a motu. vnde dico q sb
iecto motus vt sic accidit q sit ens
in actu perfecto: licet hoc sit quo-
dam necessario ex actuz ¶ Ad q̄r
tum. cuz dicitur quando aliqnid di
citur anologice de duobus. &c. Di
co q ista est falsa vniuersaliter ac-
cepta: licet in quibusdam veruz sit.
vt de sano de quo exemplificas ha-
bet tamen defectum in multis. Exē
plum. ens dicitur anologice de sbā

⁊ accidente. ⁊ tamen ſicut ſubā eſt
formaliter ens. ita ⁊ accidens.
¶ Contra. accidens non eſt ens ni-
ſi in eo ꝙ talis entis. vij. Metha.
Reſpondeo. ſecundum Ari. quin-
to Metha. cap. de in eo: quia quot
modis dicitur cauſa tot modis dici
tur in eo: ita ꝙ in eo ꝙ reduplicat
aliquando cauſam formalem. Exē
plum. ſi dicatur homo eſt homo in
eo ꝙ rationalis. Aliquando redu-
plicat cauſam materialē. puta ho
mo eſt homo in eo ꝙ habet tale cor
pus. aliquando reduplicat cauſā
efficientē. vt homo eſt homo eo ꝙ
produtus a deo. Aliquando redu-
plicat cauſam finalem puta homo
eſt homo in eo ꝙ capax beatitudi-
nis. ¶ Ad propoſitum. cum ait Ari.
Accidentia non ſunt entia niſi in
eo ꝙ non reduplicat cauſam forma
lem: ſed ſubiectiuam vel efficientē.
vt ſit ſenſus. accidentia ſunt entia
in eo ꝙ exiſtunt in ſubſtantia. vel
ī eo ꝙ cāta effectiue a ſubſtātia. ſed
ex hoc non habes quin accidentia
ſunt formaliter entia. ¶ Ad quin-
tum. Nego conſequentiam. ad pro 5
bationem dico ꝙ Ari. inducit hoc
contra phyloſophos antiquos qui
ſubiectum generationis ponebant
aliquod corpus exiſtens in actu ꝑ
fecto ſpecifico: vt eis imponit: pu-
ta aliqui terram: aliqui ignem: ⁊c.
⁊ tunc ſequitur contra eos ꝙ gene
ratio eſt alteratio: qꝛ circa tale cor-
pus nō poſſet fieri mutatio niſi ac-
cidentalis: Sed ponendo materiā
aliquod ens actu. non formali vel
ſpecifico: ſed ī actu entitatiuo: pōt
ſeruari generatio ſimpliciter diſtin
ta ab alteratione: vnde philoſoph⁹
dicens materiam non eſſe actu non
dicit ipſam eſſe nihil. ¶ Ad confir-
mationem patet per idem ꝙ forma
ſubſtantialis non aduenit materie
exiſtenti in actu ſpecifico ⁊ perfec-
6 to. ¶ Ad ſextū dico ꝙ materia ⁊ for
ma diſtinguntur ſe totis diſtinctio
ne rei que opponitur conuenientie
in re. quomodo conueniunt omnia
compoſita ex materia ⁊ forma. qꝛ
vt oſtenſū fuit nihil materie inclu-
ditur in ratione forme vel econuer-
ſo. non tamen ſe totis diſtinguntur
diſtinctione que opponitur conue-
nientie in conceptu. quia forte tam
forma quam materia cōueniunt in
conceptu ſubſtātie ⁊ entis ⁊c. ⁊ ſic
non ſequitur ꝙ magis diſtinguan-
tur quam ſbā ⁊ accidens. imo plus
conueniunt conuenientia concep-
tus quam ſbā ⁊ accidentia. Ali-
ter poſſet dici ꝙ plus diſtingui ali-
qua poteſt eſſe dupliciter. vel qꝛ mi-
nus conueniunt. vel qꝛ plus repu-
gant. primo modo plus diſtingun-
tur ſubſtantia ⁊ accidens quam al-
bedo ⁊ nigredo. patet. ſecundo ecō-
uerſo. ¶ Ad ꝓpoſitum dici poſſet for
te ꝙ materia ⁊ forma plus diſtigū
tur primo modo quam ſuabſtantia
⁊ accidens. quia ſunt ſe totis diſtin
cta. non ſic ſubſtantia ⁊ accides. ſꝫ
ſecundo modo plus diſtingunt ſbā
⁊ accidens. quia non faciunt vnū
per ſe ſicut materia ⁊ forma quod
videtur eſſe propter maiorem repu
gnantiam ſeu non identitatem in-
trinſecam que eſt inter ſbā ⁊ acci-
dens quam iter materiā ⁊ formā
7 ¶ Ad ſeptimū dico ꝙ ex duobus exi
ſtentibus in actu accipiendo actū
formalem ⁊ ſpecificum qui diſtin-
guitur contra potentiam ſubiecti-
uam: nō pōt fieri vnū per ſe. quia q
libet talis actus dat eſſe pfectum
ſed ex duobus actibus entitatiuis
vt actus eſt diuiſus contra potenti
am obiectiuā. ſic dico ꝙ poteſt fie
ri vnum per ſe. huiuſmodi autē ſūt
materia ⁊ forma. ¶ ad illud ſeptimo

Agens ex[tra]h[en]s a[d] actu[m] no[n] largit[ur] multitudine[m]

Metha. dico ꝙ auctoritas soluit se
ipsam. quia materia non est qd nec
quantum nec aliquid quibus ens d̾
terminatur. Illa enim quibus ens
determinatur sunt genera vel speci-
es. Materia autem nullum horum
est. ¶ Ad vltimum dico ꝙ comen.
loquit̾ d̾ potentia obiectiua. Et sic
verum est ꝙ agens extrahens illa3
potentiam ad actum non largitur
multitudinem sed perfectionem. q2
albedo in actu non est composit ō2
seipsa vt in potentia obiectiua sed
perfectior. ¶ Si vero sit sermo de po-
tentia subiectiua sic agens largi-
tur multitudinem quia in termi-
no generationis aliquid est actu in
materia quod prius non erat.

A D secundū pricipale
Sic proceditur ⁊ argui
tur ꝙ materiam existe-
re sine forma includet
contraditionem ex ter-
minis. primo ex materie diffinitiōe 1
sic. diffinitio ⁊ partes diffinitionis
actualiter competunt diffinito: sed
si materia existeret sine forma non
competeret sibi diffinitio materie:
ergo ⁊c. maior est euidens: sed mi-
nor probatur: quia Aristo. Primo
physi. diffiniens materiā ait sic: ꝙ
materia est primum subiectum vni-
cuique ex quo fit aliquid cum insit
non secundū accidens. sed materia
a forma seperata non inesset. ergo
⁊c. ¶ Preterea. ex materie entita- 2
te arguo sic secundo. quia si mate-
ria posset existere sine forma. vel hoc
esset quia materia dicit aliam enti-
tate simpliciter. vel quia aliā distin
ctā a forma. vel aliam distinctam ⁊
absolutam priorem: entitate forme
Primum non. quia cum relatio di
cat aliam entitatem a fundamen-
to. ⁊ motus a mobili posset fieri re-
latio sine fundamento: ⁊ motus si-
ne mobili. quorum vtrunque est ab
surdum. Nec secundum. quia sic
entitas totius posset fieri sine par-
tibus. puta homo sine anima ⁊ cor
pore. cum dicat aliam entitate3 ab
solutam a partibus. eadem ratio-
ne duo alba possent fieri sine relati
one similitudinis. quorum vtrunq3
videtur absurdum. Nec tercium. q2
sic subiū3 posset fieri sine ꝓpria pas
sione cum dicat aliam entitatem ab
solutam ⁊ priorem ex natura rei ip
sa passione. quod est impossibile. er-
go nullomodo est possibile materi-
3 am existere sine forma. ¶ Prete-
rea. ex materie relatiuitate arguo
sic tercio. Impossibile est effectum
formalē esse sine forma: puta esse al
bum sine albedine: sed esse relatum
est effectus formalis relationis: ma
teria autem refertur ad formam ex
primo Physi. ergo impossibile est
esse materiam sine forma vl' relatio
ne. Sed relatio est quedam forma.
4 ergo ⁊c. ¶ Preterea. ex materie ac
tualitate arguo quarto sic. Impos
sibile est aliquid existere sine existen
tia: sed existentia est quedam forma
rei que existit: ergo ipossibile est ma
teriam existere sine forma. ¶ Pre-
5 terea. ex materie ꝓprietate arguo
sic. v. Impossibile est duo contraria
eidem simul in esse. ex primo de ge-
ratione: sed si materia esset sine for
ma inessent simul sibi duo contra-
ria. ergo. ⁊c. minor probatur. quia
haberet simul potentia3 ad formas
contrarias. formarum autem con-
trariarum contrarie sunt potentie.
ex tercio phy. vt posse sanare ⁊ pos
6 se egrotare. ¶ Preterea. ex mate-
rie finitate arguo. vi°. sic. omne ēs
citra primum est finitum ⁊ limita-

tum: sed materia si esset sine forma
esset illimitata. quia limitatur per
formam. ergo &c. ¶ Ad oppositum
per se esse magis competit substan-
tie quam accidenti: cum sit modus
proprius essendi predicamenti sub-
stantie: sed accidētia esse per se nul-
lam includit contradictionem: im-
mo de facto ita est in sacramēto eu-
charistie: ergo multo magis est pos
sibile hoc de materia cum ipsa sit
substantia ex secundo de anima.
¶ Confirmatur. & est idem quia nō
minus dependet accidens a substā-
tia quam materia a forma: sed acci
dentia possunt existere sine subiec-
to: ergo materia sine forma: vnde
qui hoc negant de materia magis
negarent de accidentibus nisi eis
veritas fidei obuiaret.

Respondeo in ista questione.

primo opiniones aliquas improba
bo. Secundo op. scoticam declara
bo. Tercio quedam dubia occurrē-
p^a opi. tia remouebo. ¶ Quantum ad primū
est vna opinio dicens hoc includere
contra dictionem & esse omnino im
possibile materiam existere sine for
ma. probatur multipliciter. Et p^o 1
sic. quanto aliqua sunt magis vnū
tanto minus sunt seperabilia. Sed
materia & forma sunt magis vnum
quam subiectum & propria passio.
ergo cum subiectum & passio non
sint seperabialia. qa hoc esset cōtra
dictio multominus materia & for-
ma sunt inseperabilia. maior est eui
dens quia vnum est quod est indiui
sum & inseperabile in se & diuisum
ab omni alio. minor ꝓbatur. quia
materia & forma faciunt vnum per
se essencialiter & in primo modo di-
2 scendi per se. ¶ Preterea. secundo
sic. omni eo quod per se potest esse
potest fieri aliquid inferius. puta il
lud quod non potest per se esse: sed
nl' potest fieri inferius materia:
quia est ens in potentia: & est prope
nl' secundum Augustinum. quic-
quid igitur esset inferius materia
esset nihil: ergo impossibile est ma-
3 teriam esse per se. ¶ Preterea. ter-
cio sic. quod non est actus nec ha-
bens actum non potest actu per se
existere: sed materia est huius modi
cum sit ens in potentia: & potentia
& actus diuidunt ens: quia nihil ac
tus includitur in potentia nec ecō
uerso: ergo materia non potest per
se existere. Confirmatur. Omne
esse est a forma secundum Boetium.
ergo materia non potest esse sine
4 forma. ¶ Preterea quarto. quod
non habet ydeam in deo non po-
test esse vel fieri sine alio: sed mate-
ria non habet ydeam in deo ergo &
c. maior patet. q2 ydea est quo me-
diante res est producibilis in effec-
5 tum. ¶ Preterea. v. que anologan
tur in aliquo primo illud est forma
liter & realiter in illo primo: non in
alijs nisi per attributionem solum
ad illud primum: sed omne esse est a
forma: ergo materia non habet es-
se nisi per anologiam ad formam:
maior patet d' sano i aiali & vrina.
6 ¶ Preterea. vj. Materia depen-
det plus a forma quam econuerso.
sed forme alique materiales nō pos
sunt existere sine materia. ergo mul
to minus econuerso. minor proba-
tur. quia aliter ille forme essent spi-
rituales & in materiales. quod est
contradictio cum sint forme ma-
teriales: & corporales. ¶ Preterea
7 septimo. impossibile est creaturam
existere sine conseruatione:

Sed conseruatio est quedaꝫ forma respectiua: ergo impossibile est materiam existere sine forma. Dicunt igitur isti q̄ ē omnino impossibile materiam existere sine forma: quia sequitur triplex contradictio. ¶ Primo ex parte esse in actu. quia esse in actu vel est fōma vel sequitur formaꝫ. Materia autem nec est forma nec habens formam si esset separata: ergo esset actu et nō esset actu: haberet formam et non haberet. ¶ Secunda contradictio esset ex parte materie: quia ipsa est pura potētia: si ergo esset per se in actu esset pura potentia et non esset. ¶ Tercia contradictio esset ex parte per se stātis: quia omne per se stans in genere substancie est species: vel indiuiduum et in genere directe: Sed de ratione materie est q̄ sit pars speciei vel indiuidui: ergo si per se staret esset pars et nō esset pars. ¶ Sed ista opinio est falsa et irratiōabilis. Cuius improbatio et f'as patebit ex secundo articulo vbi opinio contraria probabitur. Nec rationes cogunt vnde Respondeo per ordineꝫ. ¶ Ad primum. cum dicitur quanto aliqua sunt magis vnum. etc. Dico q̄ duplex est vnitas. s. vnitas identitatis realis. Et vnitas vnionis: si primo modo accipis vnuꝫ sic maior est vera: sed minō est falsa: quia magis sunt vnū realiter sbūꝫ et passio quam materia et forma. immo nō est comparatio. quia materia et for. nō sunt vnū realiter. Subūꝫ aūt et passio sunt vnum realiter. Si auteꝫ accepis vnum secundo modo sic. maior est falsa et minor vera. quia vnitate vnionis magis sunt vnum materia et forma vt procedit probatio minoris quam sbūꝫ et passio. ¶ Ad secundum cum dicitur omni eo qd per se esse potest etc. concedo maiorem quia etiam esse in alio inferius est ipso esse p se. ideo omne accidēs est inferius substantia et parte subē sed minor est falsa. quia oē accidens ē inferi⁹ subē. Ad augustinum. materia est prope nihil non simpliciter. sed in genere subē. quia est infimum in illo genere. ¶ Contra si aliquod inferius substantia potest fieri ergo aliquod superius et per consequens aliquod superius supremo angelo. Respondeo. Licet forte cōclusio sit vera q̄ deus possit facere aliquod superius supremo angelo. tamen quicqd sit consequentia nō videtur valere quia nihil est superius subā: Est autem aliquid inferius ea. puta. omne accidens quare non sequitur si posset fieri aliquid inferius subā. ergo aliquid superius.

¶ Ad tercium cuꝫ dicitur quod nō est actus. etc. Dico q̄ actus est duplex formalis et entitatiuus. prim⁹ oponitur potentie subiectiue. Secundus potentie obiectiue. Et secūdo modo actus et potentia sunt diuidentia entis. Non primo modo vt patet ex questione precedenti. Si ergo loqueris de actu formali. maior est falsa: et minor vera. Si de actu entitatiuo. sic maior est vera. et minor falsa. quia materia de se licet non sit actus formalis vt sic. nec habens actum talem: est tamen actus entitatiuus. quia non est nihil. ¶ Ad confirmationem. Omne esse est a forma. verū est de actu specifico et formali. Sed materia habet de se alium actum. vt patet ex p̄dictis. ¶ Ad quartum dico q̄ minor est falsa. quia materia vt patet habet distinctam ydeam in deo. cuꝫ sit aliquid distinctum in entibus distincte intelligibile et distincte producibile. ¶ Ad quintum cum dicitur que anologantur. etc. Dico q̄

ista propositio si verum dicat in aliquibus: ut in sano de quo arguit: habet tamen instantias in pluribus alijs: vt in substantia ⁊ accidente respectu entis: quia tam substantia quam accidens sunt formaliter ⁊ realiter ens: vt ostensum est in questione precedenti: ⁊ ideo illa maior non est vniuersaliter vera: forte etiam in exemplo supponitur vnum falsum de sano quia non est aliquis vnus actus vel conceptus sanitatis communis sano in animali ⁊ in vrina: immo sunt equiuoci ⁊ diuersi de quo alias. ¶ Ad sextum: cum dicitur ꝙ materia plus dependet a forma quam econuerso: dico ꝙ falsum est quia prius non videtur dependere a posteriori sed econuerso: Materia enim prior est forma sicut fundamentum vel fulcimentum eius. Sed esto adhuc est falsa minor. Ad probationem dico ꝙ separatio forme a materia non variat formam sicut non variantur accidentia separata: dato ergo ꝙ tales forme essent separate a materia vtique essent matereales ⁊ corporales sicut prius. ⁊ si non actu tamen aptitudine subiecto inhererent. 6

¶ Ad vltimum dico ꝙ relatio conseruationis non est aliquid distinctum realiter a re conseruata: sicut nec creatio a creatura: Ideo materia separata esset sine forma nō obstante relatione illa cōseruationis seu creationis. ¶ Nec illa triplex contradictio quam dicit cogit funiculus enim ille triplex non difficile rūpitur. ¶ Prima contradictio non est contradictio Nam est actus formalis ⁊ specificus ⁊ omnis talis vel ē formalis vel sequitur formam talē non habet materia de se. ¶ Alius est entitatiuus actus quo aliquid est in actu: quicquid enim est extra suam causam ⁊ extra rationem ⁊ intellectum est actus entitatis et talem habet materia cum sit aliquid extra nihil. ergo materia est in actu entitatiuo ⁊ non in actu formali. sed hic nulla est contradictio: Sed si arguas. non est in actu formali. ergo nō est in actu est euidenter fallacia consequentis. ¶ Secunda etiam dicta cōtradictio non est cōtradictio. quia esse in potentia est duplex. siue duplex est potentia. subiectiua ⁊ obiectiua. Materia est in potentia primo modo non secundo. vt dictum est in questione precedenti. sed esse in potentia subiua non abicit esse in actu opposito potentie obiectiue. ¶ Tercia etiam non est contradictio. Non enim omne per se stans in genere substantie est species vel indiuiduum. habet enim instantiam de anima separata materia ergo ⁊ est pars ⁊ potest esse per se stans sicut ⁊ anima rationalis. ¶ Ad omnes autem auctoritates philosophi seu commentatoris. seu cuiuscunque alterius que videntur negare materiam posse existere sine forma. Dicendū est ꝙ loquuntur de communi cursu nature ⁊ potentia creata. sed hoc non obstante est possibile de potentia diuina. ⁊ per consequens nullā includit contraditionem.

Actus formal'. / entitatiu'.

Alia est opinio.

Que dicit materiam posse existere sine forma absque vlla contradictione ⁊ per potentiam diuinam. Modus ponendi quantum capio est iste. dicit enim ꝙ secundum commen. super secundam ebdomadam Boetij esse simpliciter ⁊ esse 2a opinio

aliqd diuersimode accipitur in theologia et in philosophia. Nam in theologia esse simpliciter conuenit rei quadam extrinseca de nominatione ab esse primi principij inquantum res participant diuinum esse. sed esse aliquid puta hominem vel leonem conuenit rei quadam intrinseca de nominatione a natura sue essentie et proprie quiditatis. sed philosophi eodem modo dicunt rem esse simpliciter et esse aliquid scilicet ab intrinseca rei denominatione. et hinc est quod Theologi non dicunt esse simpliciter conuenire equiuoce decem generibus quia eadem ratione conuenit eis esse participatum quia participant esse ydeale quod est in se vnum et idem licet ydee dicantur esse diuerse in deo per respectum ad diuersas creaturas. sed philosophus dicit esse equiuoce conuenire decem generibus. quia diuerse sunt rerum essentie quibus secundum ipsum res non solum habent esse aliquid sed esse simpliciter. Ad propositum in materia est triplex esse. vnum esse simpliciter siue accipiatur esse simpliciter secundum theo. siue secundum phios. Aliud esse aliquid. et hoc dupliciter. vnum est in se quedam capacitas et quedam entitas et essentia distincta a quocunque alio. Secundum esse vt fulcimentum compositi. et hoc esse habet a forma. Nam forma perficiendo capacitatem materie communicat sibi suum esse. et per consequens toti composito et tale esse est quod habet materia a forma in actu. Quando autem desinit esse a forma desinit esse simpliciter secundum cursum nature. quod attendentes Philosophi dixerunt materiam esse ens in potentia et non posse esse sine forma. Si obiciatur quod tunc duplex esse perfectum erit in composito scilicet vnum compositi aliud materie. Respondeo. quod verum esset si materia actum suum quem potest habere actione diuina nata esset habere et haberet in composito ad modum materie artificialium. Sed materia non habet illum actum in composito sed tantum actum forme. Vult ergo dicere quod materia vt in composito habet tantum esse sibi communicatum a forma Aliud autem esse datur sibi supernaturaliter a deo quod etiam non habet vt est in composito quia repugnat per se vnitati compositi. Sed illud esse haberet si deus eam faceret sine forma. Et secundum hoc materia sine forma. Imaginatur enim iste doctor vt videtur quod cuiuslibet vnius compositi sit tantum vnum esse. illud ex consequenti et per accidens est ipsius materie et forme et cuiuslibet accidentis illius totius. si igitur materia separaretur a composito Deus dat sibi nouum esse. quia tunc non potest habere esse totius quod prius. Opinio ergo ista vt applicatur ad propositum de quo queruntur dicit quasi duo primum dictum est quod materia in composito non habet esse nisi compositi et forme. Secundum dictum est quod in seperatione si separaretur a forma acquirit nouum esse supernaturaliter a Deo.

Sed contra primum dictum arguo sic.

¶ Quicquid est aliquid propria a-
liquitate est aliquid . sed materia
est aliquid in composito.ergo pro-
pria aliquitate est aliquid.⁊ non a
liquitate forme vel compositi. ma-
ior videtur euidēs qꝛ cū esse aliquid
dicat entitatem rei intrinsecā. ideo
competit rei esse aliquid a sua pro-
pria ⁊ intrinseca ratione vel aliqui
tate.minor patet.qꝛ materia in cō-
posito nō est nichil. ergo aliquid.
¶ Confirmatur:qꝛ vnumquodqꝫ qđ
est extra suam causam ⁊ extra intel
lectum sicut habet propriaꝫ aliqui
tatem ⁊ entitatem ita habet ⁊ pro-
prium esse.quia esse ⁊ essentia idem
sunt realiter vt nunc suppono . sed
materia est aliquid extra suam cau
sam ⁊ extra intellectum vt etiam
est in composito. quia non est ens
rationis:ergo habet propriam en-
titatem ⁊ proprium esse.⁊ per con-
sequens materia non habet esse for
maliter per esse compositi vel esse
forme. ¶ Contra secundum dictuꝫ
arguo sic . Impossibile est tran-
sire de contradictorio in contradi-
ctorio sine mutatione media. quia
aliter non esset ratio quare nunc al
terum contradictoriuꝫ inesset ⁊ nō
prius . Si ergo materia in sepa-
ratione transit a non esse ad esse il-
lud nouum hoc erit mediante ali-
qua mutatione. Illa mutatio vel
erit creatio licet improprie creatio
dicatur mutatio . vel erit genera-
tio vel augmentatio . vel alteratio
vel secundum locum mutatio .
Non creatio:quia materia iaꝫ pre
fuit ⁊ ideo idem bis acciperet esse
per creationem.quod est impossibi-
le. Nec generatio quia ipsa mate-
ria est ingenerabilis ⁊ incorrupti-
bilis . ex primo Physicorum .
Nec est alteratio vel augmentatio
quia per talem separationem non
acquiritur nec qualitas nec quan-
titas in materia.immo magis abi-
citur. Nec est loci mutatio . patet
ergo ꝙ materia nullum nouum esse
acquirit si forma separaretur .
¶ Preterea.illud esse vel esset sub-
stantiale vel accidentale. Non sub
stantiale.. tum quia hoc esset nec-
cessario per generationem . tum qꝛ
tunc materia haberet duplex esse
substantiale. Primum quod ha-
bebat.⁊ secundum quod nouiter ac
quirit.nec potest esse accidentale.
quia per tale esse non esset materia
per se existens nec simpliciter in de
pendens sed potius oppositum . qꝛ
nullum accidens habet ꝙ sit per se
existens vel forma independens.
¶ Preterea.si sic ergo materia na
turaliter per se existere poterit sine
forma: consequens est falsum . er-
go ⁊ antecedens . probatio conse-
quentie . licet aliqua perfectio vel
aliquod esse alicui supernaturali-
liter detur: tamen postquam inest:
naturale est habenti illud habere
vel posse habere . Exemplum de
ceco illuminato supernaturaliter
quia habito visu naturaliter videt.
ergo si materie attribuitur tale esse
nouuꝫ supernaturaliter.licet sit mi
raculum in primo instanti in quo
tale esse sibi daẗ.tamē postea natu-
raliter materia ꝑ se esset secundum
illud esse . quod est absurdum

Creatio terminatur ad materiam per prius origine.

Quo et opinio colorem habet.

et contra te. Notandum tamen quod si ista positio intelligeret quod materie seperate atribuitur nouum esse. nõ positiue sed negatiue puta negatio ipsius esse cõmunicati a forma. idest quod materia per se existens esset sine tali esse communicato: quod quidem negatio est quoddam per se esse. ita quod ex hoc materia esse dicatur per se quia non recipit esse forme Sic opinio haberet colorem quia vere materie separate communicatur adeo per se esse negatiue. et per consequens dici potest quod tale esse non haberet materia in composito. quia hoc repugnare. et vnitati cõpositi Nam si materia non informaretur forma in composito. compositum non esset vnum perse. sed quasi quodam per accidens. Non tamen imaginandum est quod aliquid positiuum nouum communicetur materie separate.

Opinio Jo Scoti.

Quantum ad secundum.

Est conclusio Scoti quod materia sine aliqua contradictione potest per se existere sine quacunque forma substantiali siue accidentali vel absoluta vel respectiua sic intelligendo. quod ex hoc materia non acquirit aliquod nouum esse positiuum quod prius in composito non haberet. Hec conclusio probatur quia dupliciter primo sic. Omne absolutum prius alio a quo realiter distinguitur potest esse sine contradictione sine illo. sed materia est quid absolutum distinctum realiter et prius quacunque forma substantiali seu accidentali. ergo etc. maior exponitur. Dico enim prius propter dependentiam essentialem posterioris ad prius. Nam posterius sic dependens non potest esse sine priori a quo sic dependet. Dico absolutum ad remouendum instantiam de correlatiuis que tamen secum compatiuntur prioritatem originis. vt pater et filius qui sine inuicem esse non possunt. Dico distinctum realiter propter instantiam quod fieret de subiecto et propria passione. et quibusdam alijs: vnde maior non videtur neganda nisi propter defectum alicuius condictionis predictarum minor est euidens. nam quod materia sit prior patet. quia est fundamentum et receptaculum formarum. vnde Augustinus. xij. confess. prius origine terminata est creatio ad materiam quam ad formam. licet secundum eum simul tempore materia fuerit creata cum forma. quod etiam materia sit absolutum aliquid. patet. quia facit compositionem realem absolutam. quod etiam distinguitur realiter a quacunque forma. patet in questione precedenti. Sed instatur contra maiorem rationis quia tunc linea posset fieri sine puncto. cum sit prior eo et realiter distincta et formaliter absoluta. sed et hoc videtur impossibile. quia tunc linea esset infinita. Preterea eadem ratione posset fieri corpus sine figura. cum corpus sit prius et realiter distinctum a figura. et etiam aliquid in se formaliter absolutum. Corpus autem esse sine figura videtur impossibile nec intelligibile. Respondeo. ad primum. quod ipsa linea potest accipi dupliciter vel secundum illud quod clauditur inter duo puncta includendo ipsa puncta. vel nõ includendo ipsa puncta. Item punctus potest accipi dupliciter. vel positiue. vel priuatiue. priuatiue quidem nihil addit super lineã nec dicit aliquid nisi priuationẽ linee adulteriores partes.

Instantia

Si primo modo accipitur linea sic est impossibile eam esse sine punctis quia sic includit ipsa puncta. Sicut est impossibile esse hominē album sine albedine. Secundo autem modo accipiendo potest vtique fieri sine punctis accipiendo punctum positiue. Non tamen accipiendo priuatiue. ¶ Diceres ergo linea erit finita. Respōdeo erit infinita. idest non finita positiue. sed finita priuatiue. ¶ Si vlterius arguas ergo infinita simpliciter peccas arguendo secundum accidens. ¶ Ad illud de figura dicūt quidam ꝙ figura non distinguitur realiter a corpore. quare non tenꝫ. ¶ Contra quia figura. ⁊ corpus sūt per se in predicamentis distinctis quia corpus est quantitas. ⁊ figura qualitas de quarta specie. ergo ipsa sunt realiter distincta. ¶ Aliter ergo est dicendum. ꝙ figura potest accipi dupliciter vel positiue. vel priuatiue primo modo dicit determinationē quandam extrinsecam ⁊ extraneā alterius generis a corpore. quo modo loquitur Aristo. de figura in predicamentis cap. de qualitate. ¶ Secundo modo accepta figura. scilicet priuatiue dicit determinationem quandam intrinsecam que nihil positiuū addit vltra corpus. sꝫ tantum priuationem adulteriores partes. sic loquitur de figura auctor. sexto principiorum. ꝙ artifex facit figuram intensionis nihil addendo. sed potius remouendo. primo modo accipiendo figuram deus potest facere corpus sine figura. secundo modo non. sicut de linea ⁊ pūcto supra dicebatur. Si ergo arguis corpus erit infinitum. Nego sed erit finitum non positiue sꝫ priuatiue. ¶ Preterea secundo ad principale arguitur sic. quicquid deus conseruat pro vno instanti sine alio potest conseruare etiā pro quocumqꝫ sequenti. sed deus pro instanti creationis conseruat materiam sine forma. ergo ⁊c. maior apparet. quia equalis virtutis ⁊ potentie videtur in hoc ⁊ in illo. minor patet per Augustinum. xij. cōfess. vt superius adducebatur. quia prius ex natura rei terminatur creatio ad materiam quam ipsa materia informetur forma. quia prius oportet existere receptaculum forme quam forma ipsa. ¶ Confirmatur ratio. quia quod deus immediate creat potest conseruare. quia non minoris virtutis est conseruare quam creare. sed deus immediate creat materiā. tū quia cum materia sit aliquid primum in entibus non subest causalitati alicuius creature. tū quia nō est nata produci nisi per creationē. Nulla autem creatura potest creare. ¶ Preterea. tertio sic materia potest esse sine quacunqꝫ forma determinata. ergo sine forma simpliciter. Antecedens est euidēs. quia est in potentia ad omnes equaliter. ergo potest esse sub omnibus. Non simul. ergo successiue. consequentia probatur sic. quicquid determinat sibi aliquod genus determinat sibi aliquam eius speciem. vt quicquid est animal est homo vel leo. ⁊c. quicquid etiam determinat sibi aliquam speciē determinat sibi aliquod indiuiduum. vt quicquid est homo est hic homo vel ille puta sortes vel plato ⁊c. ergo a destructione consequentis ad destructionem antecedentis. quod non determinat sibi aliquod indiuiduum nec speciem ⁊ per consequens nec genus. Si ergo materia non determinat sibi aliquam formam. ergo nec genus forme. quare sine cōtraditiōe

potest esse sine omni forma. Cō-firmatur ratio. quicquid habet se contingenter ad quodlibet alicuius generis habet se contingēter ad illud genus. sed materia habet se cōtingenter ad quālibet formam. ergo rc. et per consequens potest esse sine omni forma. Contra. corpus pōt esse sine quocūqz loco determinato. quia respicit quēlibet. ergo potest esse sie loco simpliciter. hoc videtur falsum. Respondeo qꝫ licz hoc sit impossibile de potētia creata. est tamen possibile de potentia diuina. puta si deus faceret aliqđ corpus extra vniuersum. et p consequens corpus esse sine loco nullā includit contradictionem. Preterea. quarto arguo sic. quicquid absolutum poterit deus facere in creaturis mediante causa 2a que nō est de essentia rei potest per se facere sine illa causa. Sed deus potest facere materiam existere mediante forma que non est de essentia materie. ergo rc. maior est euidens. quia hoc non repugnat effectui nec ipsi deo. cum hoc non sit imperfectiōis sed magis perfectionis. Et dico absolutum pp instantiā que fieri posset de relatione. minor apparet. quia adueniente alia et alia forma remaner eadem materia quod non esset si forma esset de essentia materie. Ex predictis concludo correlarie qꝫ materiam existere sine forma nullam includit contraditionē ex termis. probatur illud quod sub ē possibiliter potētie diuine nullā includit contraditionē ex terminis. sed materiā existeř sine forma sub ē potentie diuine. ergo rc. Maior ē euidēs. quia quod includit contraditionē non sub ē alicui potentie.

Nec etiam diuine. minor est euidēs ex predictis. Quantū ad tertium articulum sciendum qꝫ occurrunt aliq̄ dubia. Primū. Si materia esset separata a forma vtrū eēt alicubi. Secundo. an esset mobilis ad aliquod vbi. Tertio. an haberet partes. Quarto. an haberet respectū creationis ad deū creantē et conseruantē. Rn̄deo. ad primū qꝫ posset esse alicubi et non alicubi Esset enim alicubi si poneretur ifra vniuersum. sic enim esset inubi nō circūscriptiue sed diffinitiue sicut angelus. Si autē poneretur extra sic non esset alicubi nec diffinitiue nec circūscriptiue sicut nec angelus si poneretur extra vniuersum. Ad 2m. dicendum ē qꝫ motus sequitur formam. Nam 2m exigentiam eius ē motus naturalis siue ad vnam differentiam positionis sicut patet i graui et leui. siue ad omnem differentiam positionis vt est motus animalium. principium sic est forma animalis. i. anima. Cum ergo materia circūscribatur ab omni forma q̄tū est de se non mouet ad aliquod vbi. ergo vbi essz. Rn̄deo. vbi deus vellet. siue sursum siue deorsum. Ad tertium dicendum. qꝫ partes haberet subāles sicut si subā composita circunscribetur ab omni quantitate. tales. n. ptes non habet per quantitatem ipsa materia nec aliqua subā. Cōtra. Si habet partē et partē ergo est quid quantum dimensionatum Rn̄deo pter dimēsiones quantitatis sunt dimēsiones in terminate in materia. 2m comē. inde subā orbis. Sed ille quantum est de se materiam non extendunt. de quo amplius dicetur infra questione 8

extensione materie. Ad quartuȝ dicendum est ꝙ sic. Contra. Respectus ille quedam forma ē. ergo materia non est sine forma cuius oppositum supponitur. Respondeo non est forma realiter disticta sed essentialiter ⁊ vnitiue idem cū materia. vt etiam supra dixi. Sic ad questionem.

Ad rationes principales.

Cum dicitur. ꝙ diffinitio ⁊ partes diffinitionis. ⁊c̄. Nego minorem. ad probationem. dico ꝙ materia sep̄ata inest aptitudinaliter ⁊ si n̄ actualiter. sicut dicimus de inherētia accidentis separati. ⁊ hoc sufficit ad saluandum diffinitioneȝ materie assignatam. Ad s̄m dico ꝙ procedit ab insufficienti diuisione. Nam ꝙ materia possit existere sine forma non est quia dicit aliam entitatem relatiuam nec quia aliam absolutam nec quia aliam absolutam priorem. Sed addendo sibi quartum quia aliam absolutam priorē ⁊ distinctam realiter a forma. vnde nec illa inconuenientia secuntur que adducis. vt patet discurrendo. Quantum ad primū membrum. dato ꝙ relatio non poterit fieri sine fundamento non sequitur ꝙ nec materiā sine forma. quia relatio est posterior fundamēto. Materia autem est prior forma. Sunt tamen quidam qui ⁊ etiā concedunt relationem fieri sine fūdamento. sed non capio. quia sicut impossibile est relationem fieri sine termino quia relatio iam nō esset relatio sic nec sine fundamento Si actu: actu. Si potentia: potentia. nec seq̄t etiā ꝙ mot⁹ posset esse sine mobili. quia motus posterior est mobili. licet forte nec hoc sit impossibile. Sicut enim deus possȝ facere vnam extensioneȝ puta quātitatem sine subō sic ⁊ vnaȝ successionem sine subiecto succedente. Et forte sic est de facto in rarefactione accidentiuȝ eucaristie ꝙ ibi est augmentatio quantitatis sine subiecto. Cum enim species vini rarescunt quid est mobile ī isto motu cum quantitas ibi sit sine subō.

Quantum ad s̄m membrum patet ꝙ entitas totius. non posset esse sine partibus. quia est quoddam posterius partibus a quibus essentialiter ⁊ intrinsece dependet. Et cum dicis ꝙ duo alba possunt esse sine relatione similitudinis. Rn̄deo. Non habeo ꝓ īpossibili. erūt ne ergo aliquo modo similia. dico ꝙ non formaliter semota similitudine. quia similitudine simile formaliter est simile. sed poterunt dici aliquo mō similia fūdam̄taliter licet hoc sit verum largo modo.

Quantum ad tertium membruȝ patet ꝙ non sequitur ex hoc subm̄ fieri sine propria passione. q2 hoc esset contradictio cum subiectuȝ ⁊ propria passio realiter non distinguantur. Ad tertium. Cum dicitur ꝙ impossibile est effectuȝ formalem. ⁊ cetera dico ꝙ relatio qua refertur materia ad formam vel est idem realiter cum materia. vel nō. si idem sic non potest separi. sed nihil habes ex hoc sicut nec de relatione conseruationis ⁊ creationis si non est idem. dico ꝙ potest fieri sine tali relōne sine oī cōtradictione. ⁊ tunc mā non refertur ad for-

mā nec ecōuerso. Ad illud .8i phy.
dico ꝙ mā ⁊ forma sunt ad aliqd
non semper nisi quādiu manerent
simul. ¶ Ad quartum concedo ꝙ 4
impossibile sit aliquid existere sine
existentia. sed dico ꝙ existentia est
idem realiter cum re existente. non
enim credo esse essentie ⁊ esse existē
tie realiter differre. licet forte habe
ant aliquam non idētitatem ex na
tura rei. de quo alias. tamē ad pro
positum patet ꝙ ex hoc nihil ha-
bet. ¶ Ad quintū de potentijs cō- 5
trarijs potest dici ꝙ potentia cum
potēna ꝙ respectū. sit relatiuum potest accipi vel pro
respectu potentie. vel pro substra-
substrato. cto. omne enim quod respectiue di
citur est aliquid preter ipsam rela-
tionem ſm Augustinum septimo
de trinita. Si potentia materie ac
cipitur pro substrato. sic potentia
non est aliud realiter q̄ materia. ⁊
hoc modo non sunt potentie cōtra
rie ad formas contrarias quia ma
teria in sua essentia non ē nisi vna
Si autem accipitur pro respectu
nullum malum sequitur. si sequit̄
contrarios respectus in esse eidem
ad diuersos terminos. V.g. vnum
album est simile ad aliud album ⁊
dissimile ad nigrū. ¶ Preterea. vnū
quantū per eandem quantitatē est
equalis vni ⁊ inequalis alteri. Si
militer in proposito distinguuntur
potentie ꝑ relationem ad diuersas
formas. ¶ Aliter dicitur ꝙ poten-
potēna māe remota. tia materie est duplex quedā remo-
ta ⁊ quedam propinqua ⁊ disposi-
ꝓpīqua. tiua. potentie remote non sunt cō
trarie in materia. probatur qr plūs
opponitur actus vnius potētie cō
trarie alteri potentie q̄ potentia
potentie. Sed actus contrarie po-
tentie potest simul esse cum altera
potentia. V.g. actus albedinis cū
potentia ad nigredinem ergo mul

to magis poterunt simul esse potē
tia ad albedinem ⁊ potentia ad ni
gredinem. potentie autē proxime
⁊ dispositiue ad cōtrarias formas
nō possunt esse simul. In materia
autem separata non essent poten-
tie proxime sed remote. ¶ Aliter dici
tur ꝙ potentie ad contrarias for-
mas non sunt cōtrarie nisi sint ꝑ
eodem tempore ſm aris. primo. c. ⁊
iij. Sed sic nunquā materia est in
potentia ad cōtrarias formas nec
coniuncta forme nec separata. ¶ Ad
6 sextum ⁊ vltimū dico ꝙ limitatio
7 est duplex formalis. s. ⁊ entitatiua
Si limitatio accipitur formaliter
sic maior est falsa quia non omne
ens finitum est sic limitatū. ⁊ tūc
minor est vera. Si aūt accipitur
scđo modo sic maior est vera ⁊ minor
est falsa. quia licet materia non es-
set limitata limitatione formali si
esset sine forma esset tamen limita
ta limitatione entitatiua. sicut ⁊
quodlibet ens creatum.

D tertiū sic pro cedit̄r

Et arguitur ꝙ ma-
teriā generari ⁊ cor
rumpi naturaliter n̄
includat repugnan
tiam terminorum.

1 ¶ Primo sic. quia si materia nec
generatur nec corrumpitur gene-
ratio simpliciter non distinguitur
ab alteratione ꝯñs est falsum. ergō
⁊ antecedens probatur consequen
tia. quia aris. primo de generatiōe
distinguit generationem simplici-
ter ab alteratione. quia in genera
tione simpliciter totum mutatur ī
totum. Non sic in alteratione q̄d
non esset nisi materia generaretur
⁊ corrūperet̄. Nō eñ. mutaret̄ totū ī
2 totū si mā manet. ¶ ꝓterea oē ꝯriū

potest corrumpi a contrario. ex p° de generatione. ꝛ per consenquens generari. sed materia habet cōtrariū. ergo ꝛc. mioꝛ patet. quia quicquid patitur ratione materie patitur. ꝛ quod agit ratiōe forme agit ex ꝑo de generatione. Sed agere ꝛ pati sunt contraria. ergo materia ꝛ forma. ¶ Preterea compositū generatur ꝛ corrumpitur naturaliter. ergo ꝛ materia. antecedēs est euidens ex septimo meta. sed consequentia probatur. per idē habent esse ꝛ non esse ptes ꝛ ipsū totū cōpositum. Si ergo per generationē ꝛ corruptionem cōpositum habet esse ꝛ non esse. ergo ꝛ materia que est pars compositi. ¶ Preterea quādo aliquid ex alio generatur illud aliud corrumpitur. quia generatiō vnius est corruptio alterius ex primo de generatione. Sed res naturalis generatur ex materia. ex pmo phy. ergo materia corrumpitur et per consequēs pōt generari. ¶ Preterea. propter quod vnūquodqꝫ est illud magis est. ex primo posterioꝝ sed propter materiam res sunt generabiles ꝛ corruptibiles. ex septimo meta. ꝛ secūdo de generatione. ergo materia ipsa est magis generabilis ꝛ corruptibil̄. ¶ Ad oppositum. per phm̄. Materia ē ingenerabilis ꝛ corruptibilis. ¶ Rn̄deo cum sit quedam transmutatio potest cōparari vel ad subm̄ quod transmutatur vel ad terminū ad quem ordinatur. secundum hoc ad questionē dico duas conclusiones ¶ Prima conclusio ē ista affirmatiua. ꝙ materia generatur ꝛ corrūpitur subie. Hanc probo sic. omnis forma alicui formaliter in existens per necessitatem denominat ipsum cui inexistit. Impossibile ē enim albedinem inesse alicui nisi illud fit album. Sed generatio inest forme materie. quia materia ē subiectum generationis. ergo generatio denominabit materiam ꝛ ꝑ cōsequens materia generatur subiue ¶ Preterea omnis mutatō ē actꝰ entis in potentia vt subi ex tertio phy. sed generatio est quedam mutatio. ergo generatio est actus ētis in potentia vt subi. Sed subm̄ generationis est materia. ergo generatio est actus materie. ꝛ per consequens materia generatur vt subm̄ ¶ Confirmatur. qꝛ aris. tertio physico. post datam diffinitionem motus exemplificat de generatione ꝛ corruptione. dicens ꝙ generatio ē actus generabilis inquantū generabile. ꝛ corruptio actus corruptibilis inquantū corruptibile. illud aūt cuius generatio vel corruptio est actus est ipsa materia. ergo materia est generabilis ꝛ corruptibil̄ vt subm̄. ¶ Preterea generatio est mutatio ex non subō in subm̄. ex quinto phy. tunc sic. quicquid mutatur a non subō in subm̄ generat̄ Sed materia mutatur a non subō in subm̄ puta a non igne ad ignē ergo materia generatur. Simil'r pōt argui de corruptiōe que ē mutatio a subō in non subm̄. Nā materia sic mutat̄. ¶ Preterea. arist. quinto phy. probans ꝙ generatio non sit motus. arguit sic. quod generatur non est. quod mouetur est. ergo generatio nō est motus. Quero pro quo accipitur in maiori ly quod generatur. nō pro termio qꝛ tunc minoꝛ est falsa. Nam in hoc non distinguitur generatio a motu qꝛ sicut terius generationis nō est. sic nec terminus motus est. ergo accipitur pro subō. sed subm̄ generationis est materia. ergo materia generatur. ¶ Contra istam conclu

Instan.

sionē instatur p̄o sic. omne quod generatur aliquando generatū ē quia eiusdem est potentia ⁊ actus: sed materia per te generatur. ergo materia aliquādo est generata qđ videtur absurdum etiam subie. q̄ finita generatione non amplius materia subicitur generationi. nec ꝑ consequēs generatur subie. ¶ Preterea. cuicunq̄ competit generatio: ⁊ productio. quia ista duo trāsmutatio ⁊ productio sunt de rōne generationis. Sed per te materia generatur. ergo ⁊ producitur ī esse ꝑ generationem. quod est absonum.

¶ Rn̄deo ad primum concessa cōclōne nl'lū erit icōueniēs. Nā sicut materia est subm̄ generationis et generatio est actus imperfectus vt dicitur generari subiue. ita quādo est subtā generato esse. dicetur generata denominatiue. quod non ē inconueniēs. Aliter dicitur q̄ generari compatur ad subm̄ vt actus ⁊ ad terminū vt via. quod ergo est terminus generationis erit aliquādo generatum. quod autē est subm̄ non oportet. q̄ non generatur vt terminus. Ideo ipsa generatio aliter denomīat terminū ⁊ aliter subiectum. ¶ Ad ſm dico q̄ licet illa duo sint de ratione generationis n̄ tamen competunt sibi respectu eiusdem. sed transmutatio competit sibi rōe subi. produtio vero respectu termini. transmutatio enim dicit iꝑfectionem. productio autem ꝑfectionem. Ideo generatio quātum ad primum nō transfertur ad diuina sed quantū ad ſm. Ideo ī diuinis est generatio productiua n̄ transmutatiua.

In divinis generatio productiva non transmutativa.

¶ Secunda cōclusio est ista. ⁊ negatiua. Materia n̄ generatur nec corrūpitur terminatiue. Hanc probo sic. omne quod naturaliter generatur vel corrumpitur. vt terminus habet materiā ⁊ partem sui: Sed materia non pōt habere materiā partē sui: ergo ⁊c. maior est euidens ex quinto meta. ⁊ primo phy. q̄ materia est ex qua res generatur cum in sit: probatur etiam ratione. quia omne quod generatur vel corrumpitur vt terminus est possibile esse ⁊ non esse ð potentia intrinseca: ex primo de generatione: ergo quod per se generatur vel corrūpitur habet per se principium quo pōt esse ⁊ non esse: illud est materia ex septimo meta. minor principalis patet quia al'r esset processus in infinitum in materijs.

¶ Preterea. q̄ñdocūq̄ agētia sūt essentialiter ordinata agens posterius p̄supponit actionē prioris Exemplum de arte ⁊ natura: Sed agens naturale ⁊ primum agens sunt essentialiter ordīata. ergo ⁊c. Illud presuppositū est materia sicut ⁊ ars presupponit materiam artificialē ¶ Preterea. omne generabile ⁊ corruptibile vt terminus est in potentia alicuius subi. Sed materia non est in potentia alicuius subi ergo ⁊c. maior est euidens sed minor probatur. quia primum potentiale in nullius est potentia quia non esset primū: sed materia est primū potentiale ⁊ primū subm̄ ex primo phy. ergo materia in nullius subi potētia est. ¶ Confirmatur ratio. quia illud quod presupponitur in omni actione naturali ⁊ ad quod stat resolutio omnis generationis ⁊ corruptionis generari ⁊ corrumpi vt terminus includit contraditionem: sed materia ē huiusmodi: q̄ ipsa supponitur in oī actione naturali ex primo phy. ⁊ ad ipsam resoluitur omnis generatio ⁊ corruptio ex primo de generatione. ergo ⁊c. ¶ Sed propter argumentū nunc vltimo factum oc-

currit vnum dubium vtrũ in generatione ꝛ corruptiõe simpliciter fiat resolutio vsq3 ad primaз materiã: videtur ꝙ non: vł quia in eodẽ instanti esset in materia forma corrupti ꝛ forma generati. vel in alio ꝛ in alio si simul in eodem. ergo fierent contrarie forme in materia: quod est absurdũ: si in alio ꝛ in alio cum inter quelibet duo istantia sit tempus mediũ: esset aliquod tpus in quo prima materia esset sine omni forma: ꝛ cum ipsa de se sit indifferens ad omnes formas non magis generaretur in ea vna forma quaз alia: ꝛ per consequens natura frustra egisset disponendo materiã in toto tpre precedẽti. que omnia sũt absona. ¶ Sed contrariũ3 habetur quarto metau. in fine. ꝛ octõ met. vbi aris. mouẽs dubitationẽ ꝺ vino ꝛ aceto. ꝛ de aiali viuo ꝛ mortuo quõ fiant ex se inuicẽ ait sic. quecũq3 ita q3 transmutantur ad inuicẽ ad materiaз oportet reducere vt si ex mortuo aial' in materiam prio deinde inde fit animal. acetum in aquam deinde fit vinum. ¶ Respondeo ꝙ in omni generatione ꝛ corruptione simpliciter oportet fieri resolutionẽ vs3 ad primã materiaз statim in hñtibus plures formas. In homine. n. in quo ñ dubito eẽ plures formas sepata vltia fõma specifica ꝛ corrupto homine puta in morte remanet materia sub forma incompleta corporis que nõ ẽ in aliqua specie specialissima: sed ẽ naturaliter in continuo fluxu vsq3 ad primam materiam anteq3 de illa materia aliquid specifice distinctum generetur: qua corruptione prius completa ordine nature itroducitur ab agente naturali forma aliqua specifica puta forma vermis vel plãte. ꝛc. ¶ Sed contra. generatio vnius est corruptio alterius. sed hõ in morte corrũpitur. ergo statim aliud generatur. quare ñ o3 fieri resolutionẽ vs3 ad primaз materiã. ¶ Rñdeo hõ in morte nõ cõrũpitur vltimata corruptiõe. q2 adhuc remãet forma aliqua que fuit de essentia hois. perfecta aũt vltia ta corruptione necessario aliud generat'. q2 mã nal'r nõ existit sine fõma. Et sic corr° vni' ẽ gnãtio alteri'. ꝛ eco°. s3 i hñtib' vnã solã formã ñ o3 tñ expectare. s3 corrupto aere stati gnãtur ignis si ignis ex aere debeat gnãri. Ad illud ꝙ obicit dicẽdũ ꝙ pcedit ex f'la imagiatiõe. Nõ. n. ẽ itelligẽdũ ꝙ i eodẽ istati3 vel alio ꝛ alio sint in materia forma corrupti ꝛ forma generati: ita ꝙ sit dare instans in quo vltimo sit forma corrupti: ꝛ aliud instans in quo primo sit forma generati. sed in eodem istanti vna desinit esse ꝛ alia incipit esse: nec ex hoc sequitur ꝙ in eodẽ instãti sint ibi forme contrarie: sed ꝙ in eode3 instanti vna incipit ꝛ alia desinit ¶ ꝛ ideo non est dare instans vel tempus in quo sit materia sine forma Nec per consequẽs natura frustra agit: quia in illo instanti ita materia est disposita ad vnam formam ꝙ non ad aliam. quia non est dare materia3 nuda3. ¶ Sed his dimissis. Arguitur contra conclusione3 principale3. primo sic. quod põt sine contraditione in aliquid perfecti' ꝛ equale sibi: põt i illud quod est imperfectius. sed agens natura le põt generare cõpositũ ꝛ forma3 quorũ vtrũq3 aut quodlibet est perfectius materia. ergo põt generare ꝛ producere materiã. ¶ Preterea densu3 põt fieri rarũ. ergo materia põt generari vt terius. antecedens est euidens. et ꝯña probatur quia i

denso est assignare partes quātita
tis adequatas partibus materie.
que quātitati substernitur puta si
tres.tres.aliter in minima materia
posset fieri quātitas vni⁹.ergo ad-
ueniente noua parte quātitatis q̄
fit cū ex denso.generatur raruꝫ.oꝫ
aduenire nouā partem materie.qḋ
sine generatione materie fieri non
posset. ¶ Preterea actus propri⁹
est in proprio susceptiuo.ex ₰o de
anima.sicut ergo sunt gradus in
formis materialibus salteꝫ ₰m per
fectum ⁊ minus perfectuꝫ sic erūt
⁊ in materijs vt sint proprie illis
formis quod sine generatione ma-
terie fieri non posset.vt videtur.
¶ Rn̄deo ad primū concedo maio
rem ceteris paribus.Sed in propo
sito non sunt cetera paria.Agens
eniꝫ naturale necessario presuppo
nit subm̄ in sua actione i quo agat
Et ideo supposita materia pōt ge-
nerare compositū ⁊ formaꝫ.sed qꝛ
materia est primū subm̄ in entibus
non pōt producere materiaꝫ.quia
non haberet subm̄ circa quod age-
ret.quia nihil ideꝫ pōt esse subm̄ ⁊
tius generationis. ¶ Ad ₰m nego
consequētiaꝫ.ad probationē.Cuꝫ
dicis.ꝙ partes materie ⁊ quātita-
tis sunt adequate.si intelligis ad-
equationē precisam ita ꝙ nulla ꝑ
tiuꝫ materie sine additione posset
esse sub maiori q̄ꝫtitate.dico ꝙ fal
sum est.Nam sicut est in potentia
ad contraria.s.ad rarum ⁊ densuꝫ
ex quarto phy.ita est i potentia ad
maiorem ⁊ minoreꝫ q̄ꝫtitatē.Nec
sequitur ꝙ minima materia posset
fieri sub quātitate vniuersi.sicut
nec si aliquid est in potentia ad ca
lidum ⁊ magis calidum.ergo ad i
finitū calidū vel maxime calidu
quia est dare terminū potētie hui⁹
sic est in proposito. ¶ Ad tertium
dico.ꝙ sicut sunt gradus i formis
materialibus ita ⁊ in materijs pro
ximis ⁊ dispositis sed non in mate
ria prima.quia ipsa de se vna ē et
vniformis respectu cuiuscūꝫ for-
me.Vnde remanet igenerabilis ⁊
icorruptibilis termiatiue.sic ad qōnem.

Ad argumenta ad primum.

Nego ꝯñaꝫ ad probationē.Totuꝫ
mutatur in totū.verū ē sumēdo to
tū cathegorematice.qꝛ sensus ē ꝙ
aer constitutus ex partibus transe
at in generatione si ex tali genere-
tur ignis.Non sic in alteratiōe qꝛ
subm̄ māet in esse perfecto sub vtro
q̄ꝫ terminorū alteratiōis.⁊ hoc suf
ficit pbō pro distinctione genera-
tionis ab alteratione.Sed si ly totū
accipitur sincathegorematice sic n̄
est verū ꝙ totum mutetur in totuꝫ
quia esset sensus ꝙ quelibet ꝑs mu
taretur in quālibet.Manet.n.ma
teria cōis sub generato ⁊ corrupto
¶ Ad ₰m nego minoreꝫ.ad proba
tionem.dicendū ꝙ licet agere ⁊ pa
ti sint contraria non tamen sequi
tur ꝙ materia ⁊ forma sint contra
ria.qꝛ non oportet tantam esse di-
uersitatem in causis quanta est in
cātis. ¶ Ad tertium.Nego con-
sequentiam.ad probationē conce-
do ꝙ quantū ad esse compositi cōi
catuꝫ ꝑtibus aliquomodo ꝑ idem
hn̄t esse ⁊ nō esse compositū ⁊ ꝑtes
Sed non oportet quantū ad enti-
tates proprias quas habēt alias
ab ētitate ꝯpositi.Entitas ergo.ꝓ
pria materie manet incorruptibi-
lis ⁊ ingenerabilis corruptione vl'
generatione compositi non obstan
te. ¶ Ad quartū.Generari aliqḋ
ex alio est duplex vel sicut ex subō
vel sicut ex opposito.ex prio phy.
Cum ergo dicitur ꝙ quādo vnum

generatur ex alio illud corrūpitur
ly ex vel dicit habitudin ad subm̄
ꝛ sic est falsa propō. vel dicit habi
tudinē ad oppositū. ꝛ sic ē v̄a. Et
hoc modo intelligendū est illud qḋ
generatio unius est corruptio alte
rius. Materia aūt non est opposi
tū sed subm̄ in generatione. Ad
vltimum. cum dicitur propter qḋ
vnum quodqꝫ tale. ꝛc̄. quomodo il
la propō habet veritatē dicuntur
varia a diuersꝭ. Nam videtur mul
tas instantias habere. sufficit autē
ad propositū ꝙ vt cōiter dicitur n̄
habet veritatē in causis materiali
bus. habet aūt forte in causis effi
cientibus vniuocis ꝛ essentialiter
ordinatis. de quo alias. Materia
aūt non ē causa efficiens sed mate
rialis generationis ꝛ corruptiōis
Ad argumētū in oppositū intē
dit ꝙ materia est in generabilis ꝛ
incorruptibilis vt terminus. sed n̄
vt subm̄.

Q quartū sic pro
reditur. Et arguit
ꝙ materia subiecta
ꝛc̄. Non habeat ali
am extensionē. prio
ab extēsione quanti
tatis. Primo sic. qꝛ aris. septio
meta. dicit ꝙ materia nec est quid
nec quantū. ꝛc̄. sꝫ quod non ē quā
tū. nullaꝫ hēt extensionē. ergo ꝛc̄.
Preterea. iij. phy. c. de infinito
dicitur ꝙ si infinituꝫ eēt extra ma
gnitudinem essꝫ indiuisibile. ergo
omne diuisibile ē p magnitudineꝫ
sed materia non est magnitudo. er
go ipsa non ē diuisibilis de se. nec
per consequēs extēsa. Ad oppo
sitū arguitur sic. nullum indiuisi
bile pōt fieri diuisibile. Sed mate
ria fit diuisibilis p quantitatē: er
go materia non ē indiuisibilis sed
diuisibilis: ꝛ p ōns ex tēsa. Pre
terea. mēsura ꝛ mēsuratū hn̄t disti
ctas extēsiones. Nam mēsura co
existit ptibus mensurati. sed quan
titas mēsurat materiaꝫ ergo alia
est extēsio huius ꝛ illius.

Rn̄deo in ista questione.
Suppono cum titulo questionis ꝙ
quātitas ē accidēs. ꝛ p ōns aliqd
distinctū realiter a subā: quod pro
batur: tuꝫ quia subā manēte in va
riata quantitas variatur. vt cū ra
rum fit densum ꝛ econuerso. sꝫ im
possibile ē aliq̄ eadē realiter sic se
hr̄e ꝙ vno manente in variato ali
ud in sua natura varietur. Tum qꝛ
predicamenta sunt distincta reali
ter ƒm aris. vj. meta: Sꝫ subā ꝛ q̄n
titas sūt diuersa pdicamenta. Tū
qꝛ ipossibile ē idē realr̄ separi a se
ipo: qꝛ sic idē possꝫ eē ꝛ n̄ eē. sꝫ q̄nti
tas realiter separatur a subā: vt in
sacramento illo glioso eucaristie.
Hoc supposito accedo ad illud
qḋ queritur vbi ostēdo. vj. cōclōnes
p ordinē. Pria cōclusio sit ista
Materia accepta sine q̄ntitate nō
ē actualr̄ extensa. hanc probo sic.
Impossibile est effectū formalē se
parari a forma: sꝫ eē extensuꝫ ē ef
fectus formalis quātitatis: ergo i
possibile ē esse aliquid extensū sine
q̄ntitate. maior est euidens. Im
possibile ē. n. eē albū formalr̄ sine
albedine: mior probat̄. qꝛ pprium ē
ƒꝫ q̄ntitatē equale vl̄ i equale dici
ƒꝫ aris. i predicamētis. sꝫ oē exten
suꝫ ē eq̄le vl̄ iequale alteri extēso:
ergo hoc erit necessario p q̄ntitatē
Preterea oē extensū vl̄ ē finitū
vel infinitū: sꝫ mā accepta sine q̄n
titate nec ē finita nec ifinita: ergo
nec extēsa: maior ē euidēs: ꝛ mior
probat̄: qꝛ finitū ꝛ ifinitū q̄ntitati

conueniūt.ex primo phy. ¶Pre/
terea.materia accepta sine quāti/
tate:aut habet partē extra partez
aut non.si non:hētur propositū:
si sic ergo est diuisibilis in ptes qđ
est falsuz:qꝛ nihil ē diuisibile nisi
per quātitatē vel continuā vel di/
scretam. Confirmatur qꝛ subā q̄
est materia nō magis ē de se exten/
sa q̄ȝ forma .sed forma non est ex/
tensa nisi quātitate:sicut de quali
tate expresse dicit aris.vj.phy.Nō
eni extendūtur forme subāles siue
accidentales nisi p accidēs.s.rōne
q̄titatis:ergo materia circūscrip/
ta q̄titate non est actualiter exten
sa.Ex hoc concludo correlariuz ꝙ
materia accepta sine quātitate est
indiuisibilis.¶Contra. Si mate/
ria est indiuisibilis ergo tanta ma/
teria erit in grano milij quāta ē in
vniuerso.qđ ē absurdū dicere. Rn̄
deo.indiuisibile pōt accipi duplici
ter. Negatiue ꝛ priuatiue.Nega
tiue dicit idiuisibile cui repugnat
diuidi ex sua natura: ita ꝙ nec est
diuisibile actu nec potentia : puta
punctus vel vnitas. Indiuisibile
aūt priuatiue dicitur illđ cui ex na
tura sua non repugnat diuidi . Et
iō si actu sit indiuisibile ē tn̄ aptū
natum ꝛ in potentia diuisibile esse
V.g.albedo que sic idiuisibilis di/
citur ex.vj.phy.Materia ergo ac
cepta sine quātitate est indiuisibil'
nō primo modo:sed ʒo modo: Tūc
ad argumētū ly tantū vel quantū
pōt accipi dupliciter vel ƒm ptes
q̄titatiuas ꝛ accidentales vel ƒm
ptes entitatiuas ꝛ subāles: primo
mō in materia accepta sine quāti/
tate nec est tantū:nec quantū:ꝛ p
ɔ̄ns non pōt dici ꝙ tanta materia
isto modo sit in vno quanta est in/
alio:ʒo modo dico ꝙ pl's est de ma
teria in vno q̄ȝ in alio ꝛ pl's in vni
uerso toto q̄ȝ in grano milij . Nec
argumētū concludit contra hoc qꝛ
arguit de tanto ꝛ quāto ƒm partes
q̄titatiuas:quales materia nō hȝ
circūscripta q̄titate . ¶Secunda
conclusio est ista.Materia existēs
subita quantitati hȝ aliquā exten/
sionem.Hanc probo sic.Materia
subita quātitati hȝ partē extra p/
tem:ergo hȝ aliquā extensionez:cō
sequēs est euidens : et antecedens
probatur:tum qꝛ alia pars mate/
rie est in asino:ꝛ alia in homine :
alia in sorte:alia in plōe:alia i pe
de:alia in oculo:ergo ꝛc̄ . Tū qꝛ
impossibile est eidem pti materie i
esse simul contraria:vel cōtradicto
ria sed forme cōtrarie ꝛ per ɔ̄ns cō
tradictoria insunt ipsi materie:pu
ta forma ignis ꝛ forma aque:albū
ꝛ non albū:ergo insunt sibi nō ƒm
eandem ptem sed ƒm aliā ꝛ aliam
¶Preterea.nullū accidens diuisi
bile pōt recipi in subō indiuisibili
sed quātitas est accidens diuisibile
ꝛ recipitur in materia sicut i subō.
ergo materia vt subiacet quātita/
ti non est indiuisibilis:ꝛ per cōns
extensa.maior. probatur p comē.
tertio celi ꝛ mūdi.c.vij.qui hoc di/
cit expresse:probatur etiā qꝛ alias
vel ipsa materia diuisibilis eēt to/
ta sub tota quātitate ꝛ tota sub q̄/
libet pte:quod nō conceditur possi
bile esse de aliqua creatura nisi de
aīa rōnali vel de angelo.vel aliqđ
accidens esset sine subō . puta ille
partes q̄titatis quibus materia n̄
subiceretur.qđ est impossibile p na
turam.Ex his cōcludo correlarie
ꝙ materia est actualiter extensa p
accidens.quia per quantitatem.
¶Contra istam conclusionem ar/
guo primo sic . Materia existens

¶ Contra. ergo deus non posset facere accidēs sine subiecto. quia est posterius ⁊ essentialiter dependens ad subūm. ¶ Respondeo. non est simile quia accidens non habet subiectum pro causa intinseca. sicut compositum habet materiam ⁊ formaꝫ Nullus autem effectus dependet simpliciter essentialiter ad causam extrinsecam preterquam ad primā ex eo ꝙ omnem causalitatem extrinsecam potest supplere sine causa secunda. Non sic de intrinsecis. Cum cause intrinsece includant imperfectionem. ideo addo ad expositionem illam ꝙ non est verum si sit posterius essentialiter ⁊ intrinsece constitutum ex absoluto priori.

Instan[tia] Aureoli

Quinq dicta de forma totius.

Octaua conclusio sit ista entitas compositi distincta a partibus est forma tocius que est quiditas. Ad cuius euidentiam declaro quinque per ordinem. Primum dictum est quod forma totius non est alia forma a forma partis. puta ab anima in homine que sit superueniens et aliquid ipsius totius. et dicatur esse totius quia perfectius constituit compositum quam forma partis. probatio huius quia tunc in homine esset alia forma constituens hominem que esset perfectior anima intellectiua quod est absurdum ponere. Secundum dictum est quod forma totius non est aliquod medium vniens materiam forme ad constituendum perse vnum. probatio huius. quia quereretur de ipsa quomodo facit perse vnum cum materia et forma partis. quia non est dare aliquod medium sed vel ipsa ex se vnitur et standum fuit in primo. vel erit processus in infinitum. Tercium dictum est quod forma totius non est aliqua forma vltra formam partis quasi perficiens materiam et formam. probatio huius quia omne quod perficitur ab aliqua vna forma habet rationem vnius perfectibilis. sed materia et forma partis nō sunt huiusmodi. Tum quia alterius rationis Tum quia vnum est proprium perfectibile aliud actus perfectiuus et hec est ratio quare faciunt vnum per se ex. viij. metha. ergo materia et forma non perficiuntur aliqua vna forma communi. Quartum dictum est quod forma totius est ipsa tota natura siue quiditas constituens totum entitatiue. ita quod non est forma informans. sed forma qua suppositum est ens quiditatiue. non sic intelligendo quod forma totius sit causa ipsius totius quasi causans totum cum materia et forma partis. sed est ipsum totum precise et absolute consideratum quomodo loquitur Auic. v. metha. quod equinitas est tantum equinitas. Quintum dictum est quod forma totius est alia realiter a forma partis. quod patet ex his. et ex. vj. conclusione. quia totum dicit aliam entitatem. si illa entitas est forma totius. ergo etc. Sed contra arguit aureolus quero inquit. quomodo imaginaris illam entitatem. aut enim sic quod ipsa fundetur super materiam et formam partis. aut sic quod solum super materiam. ita quod materia sit eius principium subiectiuum et forma principium formale. non primo modo quia tunc forma in composito entificaretur et quidificaretur. non autem entificaret. quod videtur falsum nec secundo modo. quia effectus formalis non differt a forma. sed forma illa totius per te est effectus formalis. ergo non differt a forma cuius est effectus. Sed ista positio peccat multipliciter. Tum quia querit fundamentum illius cuius non est proprie fundamentum quia esto dico quod fundamentum eius non est materia et forma. nec alterum eorum. sed eius fundamentum proprium et proximum est eius suppositum vel compositum. quod probatum est esse aliud a partibus. omni enim enti formali respondet adequate aliquod quod vel quis. sicut huitati hoc quod dico homo. non corpus vel anima et hoc dato processus rationis est nullus. Tum etiā quia dato quod fundamentum eius esset materia. forma autem principium formale nihil probat. Assumit enim falsum quando dicit effectum formalem non differre a forma. omnis enim effectus realiter distinguitur a sua causa. quia nihil causat se. bene tamē concedo

ꝙ effectus formalis non separatur a forma. sed non sequitur ergo non distinguitur. Sic ad questionem.

Ad argumenta principalia. Ad primum. cum dicitur quando aliquid inest duobus. ꝛc̄. concedo maiorem quando vniformiter illud inest duobus. ꝛ tunc minor est falsa. quia generari conuenit forme per accidens composito autem perse. ¶Contra. propter quod vnū quodque tale ꝛ illud magis. sed cō posito conuenit generari per formam. ergo ꝛc̄. Respondeo minor est falsa quin immo forme competit generari propter compositū vt ostensum est in corpore questionis ¶Ad secundum cum dicitur ꝙ perse ꝛ per aliud opponuntur. ista est vera si per aliud intelligas ꝙ nō est aliquid eius. tunc minor est falsa. tū quia generari non conuenit composito per formam. sed magis econuerso. tum quia dato ꝙ sic forma est aliquid compositi: quod autem si conuenit alicui per aliud nō tollit perseitatem. nam viuere per se conuenit homini. ꝛ tamen per ꝑtem scilicet per animam. sicut dicitur quinto metha. capitulo de per se. Similiter est de intelligere quod conuenit homini per animaꝫ vt ibidem habetur. ¶ad tercium concedo consequentiam quia vtrunque taꝫ generari quam corrumpi perse conuenit composito. Cum arguis ꝙ illud quod conuenit alicui perse primo non competit sibi ratione alterius. ꝛc̄. verum est ratione alterius quod non est aliquid eius ꝛ habet rationem quod. Materia autēꝫ ratione cuius conuenit composito generari habet rationem quo. ꝛ est aliquid compositi. ꝛ pars essentialis eius. composito autem conuenit generari ꝛ corrūpi vt quod. ¶Ad quartum nego consequentiam. ad probationem. cum dicitur ꝙ vnitas generationis requirit vnitatem termini. ergo magis magis. Dico ꝙ fit fallatia consequentis. ponendo antecedens. q2 non omne magis vnuꝫ est magis terminus quia tunc punctus maxime esset generationis terminus per se primus. quod euidenter falsum est. ꝛ contra Ari. tercio metha. vbi dicit ꝙ punctus ꝛ superficies ꝛ linea ꝛ huiusmodi sunt ꝛ nō sunt sine generatione ꝛ corruptione. Sic igitur terminatus est tractatus questionum de principijs nature. Deo gratias amen.

Laus sit Deo in trinitate ꝛ beate Marie genitrici eius. beatoq; frā cisco patriarche seraphico.

Attende igitur lector qui legis ꝙ siquis benedictum est in questionibus supradictis ab arte doctrine Scotice processit cuius vestigia q̄ȝ tum potui ꝛ quantum ipsum capio sum secutus. Si autem aliquid maledictum vel doctrine dicte contrarium reperias. vel repugnans. mee imperitie ascribatur. Quod si vero aliquid tale ibi continetur nunc ꝓ tunc reuoco tanquam dictum fuerit ignoranter puta quia ignorauerum mentem Scoti.

Deo gratias Amen.

FINIS.

Expliciunt questiones trium principiorum naturalium Antonij andree. Sequitur tabula dictarum questionum.

Tabula.

1 Utrum mobilitas sit formalis ratio subiectiua primi subiecti philosophie naturalis.

9 Utrum in substantia naturali composita ex materia et forma materia dicat aliquam entitatem positiuam distinctā realiter ab ētitate forme.

17 Utrum materiam existere sine forma includat ꝯtradictionē ex terminis.

22 Utrum materiam generari et corrūpi naturalr īcludat repugātia terminorum.

24 Utrum materia subiecta ꝗtitati que est accidens habeat aliq extensionem aliam ab extensione ꝗtitatis.

28 Utrum in rebus naturalibus compositis ex materia et fōma materia sit aliquid pertinens essentialiter ad rationem quiditatis specifice.

42 Utrum productio forme materialiter generate preexigat aliqd in materia actiuum vel quodcunque qd in ipsa naturaliter transmutetur.

48 Utrum productio forme substantialis naturaliter generate mensura aliqua diuisibili mensuretur.

53 Utrum repugnantia formalis que ē inter formas substantiales sit repugnantia contrarietatis.

55 Utrum formalis distinctio organicarum partium animalis sit propter plures formas sbstantiales specifice ac realiter distincta.

59 Utrum in quiditate forme accidentalis sit dare uere gradus intrinsecos essentiales secundum quos ipsa possit suscipere diuisionem intrinsecam secundum magis et minus.

65 Utrum priuatio que est tercium principium in natura sit idem quod potentia materie.

69 Utrum in rebus naturalibus generabilibus et corruptibilibus ipsum compositum ex materia et forma per se primo terminet generationis actum.

Deo gratias.

Incipit expositio Illuminati Doctoris Francisci de mayronis super octo libros Phi. Aristo.

q Uoniam quidem contingit ītelligere ⁊ scire ⁊ cetera.

Ista ē prima ꝑs istius libri ⁊ ē ꝓhemialis in qua auctor ꝓbat duas phisicas veritates: quarum prima est quod naturalis scientia incipienda est a cognitione causarū. Et probatur dupliciter: primo sic. In omni scientia que habet principia ⁊ causas incipiendum est a cognitione causarum: quia illa ducunt nos in cognitionem subiecti scientie ⁊ omnium aliorum: Sed scientia naturalis habet principia ⁊ causas. s. materialem ⁊ formalem. efficientem ⁊ finalem: ergo scientia naturalis est incipienda a cognitione causarum naturalium. que sunt materia ⁊ fōma: efficiens ⁊ finalis. Item secundo sic. De prioribus prior est speculatio vt habetur infra: sed cause naturales sunt priores respectu suorum causatorum: ergo de eis est primo agendum. ¶ Secunda veritas est ꝙ scientia naturalis est incipienda a causis vniuersalibus.

Et probatur sic. Nostra cognitio naturalis incipit a notioribus quo ad nos ad notiora simpliciter: sed vniuersalia sunt nobis notiora quam singularia idest species: ergo ab vniuersalibus incipiendum est in hac scientia. ¶ Quod autē vniuersalia sint notiora q° ad nos: ꝓbatur quia magis confusa sunt notiora quo ad nos: sed vniuersalia sunt magis confusa singularibus vt patet: ergo ⁊c̄. ¶ Quod autem confusa sint prius nota ⁊ magis que est maior huius pro simili: probatur tripliciter: quia totum integrale est nocius quam sue partes: ⁊ hoc est quia confusum. Item diffinitum est nocius quam sue partes scilicet diffinitio que diuiditur in singula per suam confusionem.

Item pueri habent primo cognitionem de parentibus suis: quam distinctionem: quia primo vocant omnes homines patres: ⁊ omnes feminas matres: Et deinde distinguunt: ergo magis confusa sunt nobis magis nota: sed vniuersalia sūt magis confusa: ergo magis nota: ergo ab vniuersalibus incipiendū est in hac scientia ꝙ ē propositum.

N Ecesse est esse vnum principium aut plura ⁊ cetera.

Ista est secunda pars istius libri in qua disputatur contra non naturaliter ponentes de principijs nature scilicet contra Permenidem ⁊ Mellisum qui negauerunt motum: dixerunt enim ꝙ omnia sunt vnū ens imobile. ꝓbatio Mellisij fuit ista. Quod generatur habet principium: ergo ꝙ non generatur non habet principium. sed ens non generatur. quia si generetur. aut genera de ente: aut de nonente: nō de non ente quia ex nihilo nihil fit secundum omnes Philosophos. nec de ente: quia tunc queritur de illo: ⁊ sic in infinitum: ergo ens non generatur ⁊ si non generatur: non habet principium: ⁊ si non habet principium non habet finem. ergo est infinitum: ⁊ si infinitum est: est immobile; ergo omnia sunt vnum

Rō pmenidis

ens immobile. ¶Permenides ar-
guit sic. Quicquid est ens est vere
vnum ens. sed substantia est tantū
vnum vere ens. ergo substantia est
tantuȝ vnuȝ ens. ⁊ sic erit ens vnū
immobile. ¶Sed contra Permeni
dem ⁊ Mellisum non est disputan
dum: primo quia naturalis non de
bet disputare contra negantes sua
principia: nec aliquis artifex spe-
cialis ex ꝓprijs. sȝ si disputet hoc
erit aut per superiorem scientiam
sub alternantem: aut per comunem
scientiaȝ qualis est logica: vel Me
tha. Sed permenides ⁊ Mellisus
negant principia nature. s. motum
quem tota natura supponit: ergo ꝯ
eos non est disputandum ex princi-
pijs naturalibus. Item si est pri
cipium est principiatum per locum
arelatiuis. sed si est principiatū est
dare plura: vt patet ex significato
principiati. ergo si est principium ē
dare plura. Sȝ isti ponunt istd vnū
ens esse principium nature. ergo ex
dictis eorum est dare plura. Iteȝ
stultum esset dicere ⁊ disputare con
tra eos q ponunt ꝙ omnia sint vnꝰ
homo vel vnus equus quia isti ne-
gant sensum. ergo pari modo stul-
tum est disputare contra eos qui ne
gant motum: quia isti negant sen-
sum videmus enim ꝙ multa mouē
tur. Iteȝ naturalis non debet di

Solutio rom.

sputare contra litigiosam rationē
seu sophisticam: qꝛ hoc pertinet ad
locum: sed istorum ratio est litigio-
sa quia peccat in materia ⁊ in for-
ma. in materia quia arguit ex fal-
sis. in forma quia Permenides ar-
guit ex puris affirmatiuis i secūda
figura. Mellisus arguit a destruc-
tione antecedentis cum tamen debe
ret arguere adestructione consequē
tis: ergo ⁊c. Item nullus artifex
specialis tenetur alicui respondere
nisi arguatur contra eum ex princi
pijs proprijs. sed isti non arguunt
ex principijs proprijs naturalis sci-
entie ymmo ex oppositis proprijs
eiusdem. ergo ⁊c.

Sed quoniaȝ de natura nō naturaliter. ⁊c.

Disputandum est contra Perme-
nidem ⁊ Mellisum per principia
1 Metha. primo per diuisionem en-
tis quia aut istud vnum ens ꝙ ipsi
ponunt principiū nature supponit
pro substantia ⁊ accidente aut pro
accñte tantum: aut pro substantia
tantuȝ. Si pro vtroque ente simul
habentur multa entia contra eos.
Si pro accidente tantuȝ tunc acci
dens erit sine substantia ꝙ est im-
possibile. Si pro substantia tantuȝ
tunc non erit infinitum contra Me
lisum: nec finitum contra Perme-
nidem: finitum. n. ⁊ infinitum sunt
differentie quantitatis ergo contra
eos est quocunque modo supponāt
illud ens esse vnum. Item secun
2 do sic: per diuisionem vnius: vnum
dicitur tripliciter. vnum continui-
tate: vt partes in continuo. vnum
in diuisibilitate: vt punctus. vnum
diffinitiōe. vt contraria: ⁊ vnū quo
rum res est vna: nomina vero plura
¶Tunc arguitur ex quolibet istorum
sic. Si oīa vnū sunt ꝯtinuitate tūc
habentur plura entia: quia conti-
nuuȝ est multa entia cum sit diuisi
bile in partes: ⁊ sic contra eos.
Item si omnia sunt vnum in di-
uisibilitate: vt punctus tunc non
erit quantitas: ⁊ si non est quanti-
tas: tunc non erit finitum nec infi-
nitum ꝙ est contra eos. Iteȝ nec
diffinitione: quia si sic: esset tunc
vna diffinitio contrariorum: vt al-
bi ⁊ nigri ⁊ relatiue oppositorum

vt patris ꝛ filij. ꝛ contradictorio-
rum que omnia sunt impossibilia.
ergo nullo modo omnia dici possūt
vnū aliquomodo vnitatis. ¶ Itē
si supponat pro substantia ad huc
habentur plura entia: quia speties
dicit plura entia scilicet genus ꝛ dif-
ferentiam. ¶ Item quilibet dixit ꝙ
si est vnum est immobile: Contra
constat ꝙ si totum vniuersum esset
a qua totum posset moueri: cum q̄-
libet pars aque sit possibilis moue-
ri. ergo non sequitur ꝙ si sit solum
vnum sit immobile. Item ad mi-
nus posset moueri motu alteratio-
nis. ¶ Contra Permenidem. dixit
enim ꝙ omnia preter substantiam
sunt non ens tunc cum ens dicatur
de substantia ens erit non ens ꝙ est
contradictio. Errauit ergo nesci-
ens distinguere de ente per se ꝛ per
accidens ꝛ actu ꝛ potentia.

8 **Sicut autem Philoso phi dicunt ꝛ cetera.**

Ista est tercia pars istius libri in
qua Aristo. disputat ꝯ non natu-
raliter loquentes idest contra eos
qui concedunt motū tamen aliter
errabant in principijs nature.
¶ Anaxagoras enim dixit ꝙ prin-
cipia nature sunt infinita ꝛ ꝙ qd-
libet est in quolibet. Cuius ratio
fuit ista. Omnia que generantur:
aut generantur de ente: aut de non
ente: Non de non ente quia ex nihi-
lo nihil fit: ergo de ente: ergo illud
ꝙ generatur prefuit in eo ex quo
generatur: ꝛ sic quodlibet ē in quo
libet. Cū ergo ex quolibet possint
infinita generari tūc infinita erūt
principia nature. ¶ Sed ꝯtra ana- Cont Anaxagora
xagoram arguitur multipliciter:
quia si principia nature sunt infi-
nita tunc erunt ignota: ꝛ per con-
sequens tota natura erit ignota:
quia ignoratis principijs nature
ignoratur natura ꝙ est inconueni-
ens. Item secundo sic Tota na-
tura vel sequitur suas partes in in-
finitate: vel non seqͥt in infinitate:
sed omnis natura habet terminum
sue magnitudinis ꝛ sue paruitatis
quam non licet transgredi: ergo e-
runt partes finite: ergo principia
erunt finita. Item si principia
sint infinita siue partes: cum totū
sit finitum in magnitudine ꝛ par-
uitate: tunc partes excedent suum
totum ꝙ est inconueniens. ¶ Item
iste dixit omnia generari per segre-
gationem. ita ꝙ agens naturale ni
hil agebat nisi ꝙ segregabat for-
mam que prius latebat. Sed cō-
tra quia accidentia non possunt a
substantia segregari: ergo non om-
nia sunt segregabilia. Item da-
to quod quantitas posset a substan
tia segregari adhuc omnes partes
quantitatis segregari non possent
cum non sit deuenire ad minimam
quantitatem. ¶ Item ꝙ non sit qd
libet in quolibet probatur. Certū
est ꝙ est deuenire ad minimam car-
nem. Tunc quero si est resolubilis
in aquam aut non: si nō ergo aqua
non fuit in ista carne: ꝛ sic non fu-
it quodlibet in quolibet. Si resol-

uatur in aquam: ergo pari modo a qua in carnem: tunc aut ista posterior caro erat equalis prime aut minor. si minor erit dare minimuz minimo in eodem genere. Si equalis in eodem est dare infinita minima carnis equalis quod est inconueniens: ergo stabit resolutio in prima minima carne: quod si sic: tunc aqua non erit in ista carne cum in illam non possit resolui: ergo quodlibet non est in quolibet.

Dignius est autem minora facere et cetera.

Hec est quarta pars istius libri in qua Aristo. agit de principijs nature secundum oppinionem propriam vbi probat aliquas ueritates Phisicas. Quarum prima est. Quod principia nature sunt contraria probatur dupliciter. primo quia omnes loquentes de principijs nature: siue naturaliter siue non naturaliter posuerunt contrarietatem in principijs nature: quaz quidem contrarietatem quidam direrunt calidum et frigidum: quidam plenum et vacuum. Alij magnum et paruum: ergo etc. Item omnia fiunt ex contrarijs vt probat: sed omnia fiunt ex principijs ergo principia sunt contraria. quod autem omnia fiant ex contrarijs hoc declarat inductiue i artificialibus et naturalibus vbi ponit quattuor propositiones Phisicas valde nobiles: quarum prima est, Quod nihil agit nisi in suum contrarium quod est perse contrarium: nec patitur nisi a suo contrario siue per se contrario: nec fit aliquid nisi ex suo contrario: vt album ex non albo: nec corrumpitur aliquid nisi in suum perse contrarium vt album corrumpitur in non album perse: contrarium vocat in compossibile vt nigrum et fuscum sunt incompossibilia ex quibus infert quod omnia naturalia aut sunt contraria: aut ex contrarijs vt medij colores ex albo et nigro.

Consequens autez sic dicitur etc.

Probat quod principia nature non sunt vnum quia contrarietas non est vnius: sed principia nature sunt contraria. ergo principia nature non est vnum. ergo plura. ¶ Alia veritas est quod principia nature non sunt infinita quia non essent cognoscibililia a nobis quod est inconueniens. Item ex quo contrarietas est in principijs nature oportet vt prima contrarietas sit substantie: siue contraria substantie sint principia substantie sed ista contraria sunt tantum duo: quia in quolibet genere est dare vnam primaz contrarietatez. ergo si sint tantum duo: non erunt infinita.

Item quod potest fieri ex finitis melius est quam quod fit ex infinitis: si eque bene fiat per finita sicut per infinina: sed naturalia eque bene fi

unt per finita vt patet sicut si fie-
rent per infinita ꝛ quicquid fieret
per infinita fit per finita. ergo ꝛc.
Item solum principia contraria
que non fiunt ex alijs deberent esse
principia: quia hoc est proprium
principijs vt non fint ex alijs. Sed
ista contraria non possunt esse nisi
ex se: quia multas primas contra-
rietates esse est impossibile cum in
quolibet genere entium sit dare pri
mum ergo non sunt infinita.
¶ Quod autem principia nature
sint plura quaꝫ duo patet quia nos
videmus ꝙ fit mutatio de contra-
rio in contrarium vt araro indem-
psum sed hoc non potest fieri sine
subiecto. ergo est dare tercium sci-
licet naturam subiectam. Item
multi famosi Phi. in scientia na-
turali posuerunt istam naturam
subiectam. Item ista contraria
non sunt substantie: quia substan-
tie nihil est contrarium. ergo opor-
tet ꝙ ei subiciatur substantia ꝛ sit
tercium. ¶ Sed instatur quia dic-
tum est supra ꝙ prima contraria
in substantijs sunt principia natu
re: ergo substantia substantie con-
trariatur. Respondeo dupliciter
Primo ꝙ ista contraria non sunt
substantia quantum ad vtrunque
extremorum sunt enim habitus ꝛ
priuatio: vt corporeum non corpo-
reum: lignum non lignum Et ideo
verbum dictum verum est ꝙ substã
tia non contrariatur substantie:
sed contrariatur sue negationi.
Vel aliter cum dicitur ꝙ opor-
tet supponi tercium quia ista non
substantie intelligit de contrarieta
te in accidentibus vt rarum ꝛ dem
psuꝫ quibus necessario oportet sup
ponit tercium quia ista non sunt
substantie: vnde hic videtur commu-
niter ꝛ in differenter loqui de princi
pijs contrarijs taꝫ substancialibus
quam accidentalibus sicut si ista
duo contraria essent tantum prin-
cipia nature tunc ex non substanti-
js fieret substantia: cum alterum
sit negatio ꝛ non substantie essent
prius quam substantie: que omnia
sunt inconuenientia: ergo oportet
dare tercium ꝙ subiciatur contra-
rietati.
¶ Quod autẽ nõ sit dare quatuor
principia contraria probatur: quia
tunc oporteret dare duo subiecta ꝛ
sic altera esset ociosa natura ꝛ ni-
hil faceret.
Item dictum est. ꝙ impossibile
est esse plures contrarietates pri-
mas vnde in substantia non est nisi
vna prima: sicut in alijs generibus
¶ Item aliter probatur ꝙ sint da-
re tria principia. Certũ est ꝙ sic in
omni genere aliud est ꝙ generatur
ꝛ aliud ex quo generatur quia ideꝫ
ex se generari non potest. sed istud
ex quo est materia in isto etiam ex
quo est negatio forme generande:
ergo principia sunt tria scilicet ma
teria: forma: ꝛ priuatio.
Item ꝙ sit dare priuationem de
quo minus videretur probatur: qꝛ
certum est ꝙ materia appetit for-
mam quam non habet: sicut femi-
na masculum: ergo aut seipsa: aut
per formam quam habet: aut per
formam quam non habet: non se
ipsa: quia cum talis appetitus ces-
set habita forma sic ipsa cessaret a
se ipsa ꝙ est inconueniens: nec per
formam quã habet: quia ipsa esset
causa sue corruptionis. ergo non re
stat nisi ꝙ per priuationem appe-
tat: ergo priuatio est principium ad
minus secundum quid.

Item cum totum corrumpa-
tur oportet ꝙ aliquid corrumpa-
tur ex parte materie licet materia
non possit perse corrumpi nec ge-
nerari. quia si corrumperetur: cor-
rumperetur in materiam: ⁊ iterum
queram de illa ⁊ sic in infinitum:
ergo non corrumpitur perse: ergo
per accidens scilicet per priuatio-
nem: ergo priuatio non est spernen
da sicut spernit Plato. Item ex
effectu videmus ꝙ album nunquã
generatur nisi ex non albo ⁊ idem
est in oib⁹ taꝫ sbãlib⁹ ꝙꝫ accñtalib⁹
ergo semper requiritur priuatio:
quid sit terminus generationis na
turalis. Illud est finis seu termi
nus transmutatiõis naturalis seu
generationis: ꝙ intendit agens na
turale. sed omne agens tam natu-
rale quam accidentale seu artificia
le intendit compositum: quia arti-
fex non intendit precise figuratio-
nem sed figuratum: nec homo intẽ
dit animam generare tantum sed
Drt Mã & forã. compositũꝫ. ergo ⁊c̃. ¶ Ultimo no
ta quatuor differentias inter ma-
teriam ⁊ formam. Prima est ꝙ ma
teria secundum cum non est perse
scibilis nisi per annologiam ad for
mam: sed forma est per se scibilis.
Secunda est ꝙ materia nulli cõ
trariatur: forma vero contrariatur
priuationi. Tercia est ꝙ materia
non ẽ hoc aliquid: sed forma ẽ hoc
aliquid ⁊ vnum. Quarta ꝙ ma-
teria est ens in potentia: sed forma
est ens actu. ¶ Ultimo oportet te
notare quattuor distinctiones qua
rum prima est ꝙ generatio est du-
plex: Alia simplex: Alia composi-
ta. Composita que exprimitur per
subiectum ⁊ priuationem: vt homo
non musicus fit musicus. Simplex
est duplex. Una que exprimitur per
subiectum tantum: vt homo fit mu
sicus. Alia que per priuationem tã
tum: vt non musicus fit musicus.
¶ Secundo est notandum ꝙ gene-
ratio est duplex. Altera simpliciter
vt cum generatur substantia. Al-
tera secundum quid vt cum genera
tur accidẽs. ¶ Tercio est notanduꝫ
ꝙ ens dicitur dupliciter: perse ⁊ per
accidens. ¶ Quarto est notandum
ꝙ ens aliud est in potentia: vt ma-
teria: aliud in actu: vt forma vel cõ
positum. Ex istis duabus distin-
ctionibus vltimis soluitur error ne
gantium generationem vel corrup
tionem cum dicunt si sit generatio
aut de ente aut de non ente: dicitur
ꝙ non de ente tantum: nec de non
ente tantum: sed de materia que est
ens in potentia ⁊ non est ens in ac
tu: ⁊ est ens perse cum sit substan-
tia: ⁊ est non ens per accidens rati-
one priuationis ãnexe. ¶ Queritur
vtrum partes sint actu in suo toto.
Et videtur ꝙ sic: quia relatio in ac
tu requirit suam oppositionem in
actu: Sed relatio totalitatis est in
actu: ergo relatio partis erit in ac-
tu. Sed contra est Aristo. qui po
nit partes esse in potentia in toto.
Dicitur ꝙ verbum Aristotilis
est sic intelligendum ꝙ partes non
sunt in toto in actu idest non agũt
sine virtute tocius: vt manus non
agit sine virtute tocius: vel non sũt
in actu idest non habent esse subfo
sitale vt totum.

Explicit primus Incipit
secundus liber Phisicorum.

Eorum que sunt ꝛc.
Iste est secundus liber
in quo agit de principijs
extrinsecis nature q̄ sunt
finis ꝛ efficiens. Sed primo agit
de natura. ¶Circa ꝙ sciendum ꝙ
diffiniens naturam facit quat-
1 tuor. Primo premittit vnam di-
uisionem entis dicens. Quod eorū
que sunt quedam sunt a natura .i.
a naturalibus causis vt animalia
ꝛ partes animalium: ꝛ plante ꝛ p-
tes plantarum. Alia sunt a non
naturalibus causis: que sunt secun
dum coordinationem voluntatis
vt ars ꝛ casus ꝛ fortune. ¶Secū-
2 do distinguit inter naturalia ꝛ ar-
tificialia dicens. Quod naturalia
mouentur ab intrinseco: siue moue
antur secundum locum aut secun-
dum augmentum: aut secundū al-
terationem. Artificialia vero ab i
trinseco mouentur: vt ꝙ ex ere fi-
at statua ꝙ est ab arte. que quidē
ars est extra artificiatum. ¶Tertiō
3 diffinit naturam dicēs. Quod na
tura est principium mouendi ꝛ qe-
scendi illud in quo est principium
per se ꝛ non per accidens. Hec vl-
tima conditio addita est ad differē
tiam artis que si moueat illud in
quo est: non per se mouet vt si me-
dicus sanet seipsum accidit eidem
sanari ꝛ esse medicum. ¶Quarto
4 dicit ꝙ naturalia dicuntur compo
sita vel a natura: non tamen sunt
natura: passiones vero sunt secun-
dum naturam: vt igni fieri sursū.

Videtur aūt ꝛ natura
ꝛc. Probat quattuor
conclusiones: quarū pri
ma est. Quod natura di-
citur de materia. probatur: quia il-
lud est natura ꝙ permanet idem i
omni transmutatiōe naturali: ma-
teria est huiusmodi. ergo ꝛc. ¶Se
cundo probat qd̄ dicatur de forma
primo. Quia vnūquodque reponi
tur in esse naturali per formam q̄
habet actu ꝛ naturaliter sicut ali-
quid reponitur in esse artificiali ꝑ
formam artis q̄ habet actu cū for
ma det esse naturale: ergo debet es-
se natura. Item vnūquodq̄ ge-
nerat sibi simile per formam: ergo
videtur dici natura. Idem illud
debet dici natura ad ꝙ tendit trā
mutatio naturalis sed ad formam
tendit transmutatio naturalis: er-
go forma est natura. ¶Tertia con
clusio est ꝙ forma est magis natu-
ra q̄ materia: ꝛ probatꝰ sic. Quia
entia in actu sunt magis entia q̄
entia in potētia: sed forma est ens
in actu materia i potētia: ergo ꝛc
¶Quarto concludit ꝙ natura ꝛ
forma dicūtur de priuatione sicut
de contrario .i. de forma generāda.

¶Quoniam autem ꝛ cetera.
Quod naturalis determinet de
materia ꝛ forma: probatur qua-
drupliciter. primo sic. ¶Sicut est
in arte. ita est in natura: sed ars cō
siderat materiam ꝛ formam: vt me
dicus cōsiderat sanitatē fleumā ꝛ
coleram in qua est: ꝛ domificator
idem: ergo ꝛ naturalis considerat
materiam ꝛ formam. ¶Itē ad eū
dem pertinet considerare finem. ꝛ
ea que sunt ad finem. sed naturalis
considerat finem transmutationis
naturalis. s. formam: ergo ꝛ mate-
riā: quia ipsa ordinatur ad formā
tanquam ad suum finem. ¶Itē si
cut est i arte vsuali ꝛ cooperatiua:
ꝛ mixta ex vtraque: sic videtur esse
i naturalibus: sed quelibet istarū

considerat materiam ⁊ formam: ergo sic erit in scientia naturali: ꝓbatur minor: sed ad declarationem minoris oportet notare quattuor per ordinem: Primo quid sit ars visualis. Ad hoc dicitur ꝙ ars visualis est que vtitur architecto fabricato ab alia arte: vt ars gubernans nauem vtitur naue fabricata per manum factiuam. Operatiua vero dicitur ꝙ sic comperatur ꝙ non vtitur architecto ꝑ aliã artem: vt ars leuigandi ligna necessaria ad materiam nauis. Mixta vero dicitur que partim operatur ⁊ partim vtitur architecto ꝑ aliam artem: vt ars nauis factiua operatur formam nauis ⁊ vtitur lignis leuigatis per artem inferiorẽ.

Ars visualis:

operatiua:

Ars mixta:

¶ Secundo ꝙ ars visualis ⁊ mixta plus considerat materiam q̃ accidentia materie. ¶ Tertio ꝙ mere visualis plus considerat formã q̃ materiam: Mixta vero minus formam ⁊ plus materiam: vt ars gubernandi considerat formam remi vel temonis: Nauis factiua vero materiam ex quibus motibus fiat.

¶ Quarto ꝙ quedem artes solum preparant materiam q̃ habent a natura vt ars leuigandi: quedam faciunt materiam vt ars laterum facit lateres: que sunt materia domus. Item quinto sic. Illa que dicuntur ad aliquid sunt eiusdem cõsiderationis: sed materia ⁊ forma sunt ad aliquid: quia aliam requirit materia: ⁊ aliam requirit forma vt patet ergo ⁊c. Vnde forma animalis non generatur ex omni semine: sed ex tali ⁊ sic in alijs.

¶ Quod Phisicus methaphisicus
& Mathematicus:
differant probatur quadrupliciter seu declaratur. ¶ Primo quia licet Phisicus ⁊ Geometra considerent magnitudines ⁊ puncta tamen Geometra abstrahit a materia ⁊ motu. phisicus vero cõsiderat ista cum motu ⁊ materia vnde phisicus considerat lineam carminis ⁊ lineam auri. Geometra vero lineã simpliciter. Sed instatur quia consideratio simplex est methaphisica. Dicitur ꝙ Geometra considerat lineam in respectu ad passiones suas que sunt curuum ⁊ rectũ. Methaphisicus considerat quiditates linee precisas ex quo concluditur ꝙ omnis consideratio est respectiua preter considerationẽ methaphisicam. ¶ Secundo declaratur ꝙ differt ab Astrologia quia licet ista ⁊ phisica scientia considerent figuras solis ⁊ lune ⁊ stellarum tamen phisicus considerat ista vt sunt in subiecto ⁊ vt dependent a subiecto. Astrologus vero considerat figuras stellarum simpliciter non attendens ad dependentiam. ¶ Tertio declaratur ꝙ differt ab Arismetica quia ista considerat numeros absolute: ista vero considerat nũeros in materia: vt lapidum vel hominum vt habetur infra. ¶ Quarto declaratur ꝙ differt a perspectiua: quia ista considerat lineam vt visualis est non curans de materia. Rethorica que phisica est considerat lineam in materia vocis ⁊ huiusmodi talium. Et addit ꝙ Astrologia ⁊ ꝑspectiua ⁊ Armonica scientie mediant inter mere Methaphisicam ⁊ mere Phisicã licet ad Phisicam plus appropinquat.

d **Eterminatis aũt his** &c. Hic agens de causis diuidit causam i quatuor causas: quarum 1 prima est materialis ex qua omnia fiunt: que est tam causa naturalis q̃ artificialis: ad hanc reducũtur littere sillabarum & es respectu vasorum & ignis respectu causatorum compositorum & partes respectu totius: & propositiones respectu 2 Sillogismi. ¶ Secunda causa est formalis q̃ vocat speciem: Exemplum peradigma est quo aliqd erat esse ad hanc causam reducũtur genera respectu specierum: sicut dupla proportio se habet ad Diapason in musica: & partes diffinitiõis ad diffinitum: & diffinitum respectu partium & compositum respectu cõponentium: & species .i. forma que distinguit contra materiam. ¶ Ter-3 tia causa est efficiens q̃ vocat causam vnde principiũ motus ad hãc causam reducitur semen respectu embrionis: & medicina respectu sanitatis: & deliberans principiũ mo-4 tus & quietis. ¶ Quarta causa est finalis gratia cuius omnia fiunt: & ista est bonum omnium causarũ & potissima super causas: siue istud bonum sit existens siue apparens.

Cõtingit autem fere & cetera.

Hic ponit per ordinem quattuor comparationes causarum suarum quarum prima est qđ ad eundem effectum concurrunt diuerse cause per se: vt ad statuam concurrunt per se in genere cause efficientis statuam faciens: es autem i genere cause materialis. ¶ Secũda est ꝙ vna causa potest esse causa alterius cause vt causa efficiens potest esse causa cause finalis: vt Medicina est causa efficiens sanitatis quarum altera est sicut causa finalis: Altera sicut causa efficiens. ¶ Tertia est ꝙ eadem causa potest esse causa diuersorum effectuum: vt Nauta per sui presentiam est causa salutis Nauis: & per sui absentiam est causa perditionis ipsius. ¶ Quarta ꝙ diuersorum effectuum sunt diuerse cause: vt calidũ dissoluit: & frigidum constringit vel coniungit.

Mediarum causarum &c.

Hic ponit quattuor notabilia per ordinem. Primum est ꝙ causarum quedam sunt priores: quedam sunt posteriores in omni genere causarum vt Medicus est prior respectu sanitatis: & artifex posterior in genere cause efficientis.

Secundum est ꝙ alia causa est per se: Alia per accidens vt statuã faciens est causa per se statue Policletus vero est causa statue per accidens: & omnia superiora Policleti. Tertium est ꝙ causarum alie sunt propinque alie remote.

Item alie in actu: alie in potentia alie composita: vt Sor. Medicus sanat. Alia simplex: vt medicus sanat vel Sor. ¶ Item alia vniuersalis: vt Sol est causa vniuersalis hominis. Alia singularis vt homo. ¶ Secundo notandum ꝙ omnes isti modi reperiuntur in omni genere causarum vt causa materialis per se asini est semen asini causa vero materialis per accidẽs est semen tali colore coloratũ: accidit enim asino ꝙ fiat ex tali semie sic disposito.

fortuna diffinitur:

Tertio notandum quod omnes isti modi possunt assignari respectu effectuum ut dicit alibi in littera ita ut cause per se respondeat effectus per se et cause per accidens effectus per accidens. Ita ut dicitur effectuum: alij per se: alij per accidens alij propinqui: alij remoti: alij in actu: alij in potentia: alij simplices: alij compositi: alij universales alij singulares: quorum exempla patent. Quarto notandum quod ad cognoscendam causam universalem oportet devenire usque ad ultimam causam in omni genere causarum et exemplificat in artificialibus: ut propter quid sanat medicus dicitur quod propter medicinam. Hic autem est status cum sit ultima causa: vel cur hedificat Sor. quia hedificator fit et propter quid edificator per artem edificandi: et hic est finis.

Primum igitur quoniam videmus etc. Hic agit de casu et fortuna. et declarat quattuor per ordinem: primo quid est casus: et dicitur quod casus est causa per accidens de his que fiunt in minori parte. i. raro ab agente propter quid. i. propter finem. Circa quam diffinitionem venandam ponit aliquas distinctiones: quarum prima est: Quod eorum que fiunt quedam fiunt semper: quedam frequenter: quedam raro: de quibus est tam casus quam fortuna. Secunda est quod eorum que fiunt quedam fiunt secundum itentionem agentis quedam extra intentionem agentis ut casualia vel fortuita. Tertia est quod ea que fiunt propter finem: quedam fiunt a natura: quedam a proposito. i. electione. secundum enim aliam causam novam. Quarta divisio est quod eorum que fiunt: quedam fiunt per se quedam per accidens: de quibus est casus et fortuna

Diffinitur casus:

Secundo ponit diffinitionem fortune dicens. Quod fortuna est causa per accidens de his que fiunt in minori parte ab agente propter quid et secundum propositum. Circa quam diffinitionem ponit quattuor conditiones fortune: quarum prima est Quod fortuna habet infinitas causas: Infinite enim cause sunt a quibus potest dependere fortunatum. propter quod dicitur in manifesta et incerta et est secunda proprietas. Sed instatur: quomodo est in certa cum de ipsa tradat nobis doctrinam. Dicitur quod est nobis nota confuse non tamen distincte quia non cognoscimus causas illas infinitas. i. innumeras a quibus dependere potest fortunatum. Tertia conditio est quod quedam fortuna est bona quedam est mala. Quarta conditio est quod quedam est fortuna que vocatur infortunium: quedam optima que vocatur eufortunium.

Differunt autem etc. Hic tertio assignat differentiam inter casum et fortunam: quarum prima est quod fortuna reperitur in agentibus a proposito tantum. Casus vero reperitur tam in agentibus a proposito quam a natura. Quod autem fortuna sit in agentibus a proposito: probatur dupliciter. Tum quia ipsa est in his quibus dicimus bene contigere sed hoc tantum convenit in agen-

tibus a proposito non aliis. Tū quia fortuna τ felicitas aut videntur prope: aut idem: sed felicitas ē tantum circa agentia aproposito ergo τc. Secundo infert ꝙ inanimata nec bruta nec infantes hñt fortunam: quia non agunt a proposito dirigente ergo τc. ¶ Secunda differentia est ꝙ fortuna habet principium extrinsecū ei cuius est fortuna. Casus vero aliquādo habet principium intrinsecum ei cuius est casus: vt si aliquis nascatur cum sex digitis ab intrinseco quia a superfluitate materie. ¶ Quarto dicit ꝙ casus τ fortūa reducūtur tur ad genus cause efficientis. Tū quia ista reducūtur ad agentia secundum naturam vel secundum ꝓpositū: sed talia sunt in genere cāe efficientis: ergo reducuntur ad causam effi ientem. Tum quia accidens reducitur ad per se: sed fortuna τ casus sunt per accidens: ergo reducuntur ad per se. que sunt tanquā posterius ad suum prius ꝙ sūt agentia a natura τ a proposito.

q Voniam aūt quatuor sūt cause τc. Hic agēs de consideratione phisici ponit quattuor notabilia. ¶ Primum est ꝙ causa efficiens τ finis τ forma coincidūt in idem specie finis tamē τ forma coincidunt in idem realiter. ¶ Secūdum est ꝙ phisicus considerat mouens mobile. Methaphisicus vero mouens immobile. ¶ Tertium ē ꝙ methaphisicus considerat imobile. i. abstrahentia amotu: sꝫ ista sunt duplicia: quedam abstrahunt amotu secundum esse τ diffinitionē vt pria cā τ ittelgentie: qdā hꝫ diffinit ōeꝫ tm̄ vꝫ substātie materiales q nas considerat vnde in diffiniendo asinum considerat quiditatem absque motu cū materia sensibili. Methaphisicus autem considerat immobilia. i. abstrahentia amotu τ materia. Sed instatur quia ista consideratio ē mathematica. Dicitur ꝙ mathematica cōsiderat lineam vt subiectum suarū passionum. Metha. cōsiderat simpliciter lineam. Phisicus considerat mobilia τ immobilia. ¶ Quartum notabile est ꝙ licet naturalis consideret omnes causas est tamē ibi ordo: quia primo considerat fōmam seu finem: quia vero talis forma non est ex se: sed ab agente: ido secundo considerat causam efficiētem: tertio causam materialem seu suscipientem.

v T autez opinionē τc. Hic probat ꝙ natura agit propter finem cuiꝰ contrarium dixerunt aliqui. Dixerunt enim quidam ꝙ naturalia sūt a casu τ a fortuna nec agebant propter finem ꝙ declarabant in quadruplici exemplo prio: Quia Juppiter non pluit vt augmentet bladum: sed materia congelata τ resoluta in pluuiam sursum descendit sic ex necessitate materie. Item dentes anteriores non sūt sic acuti vt cibum diuidant: sed qr materia est sic subtilis. Iteꝫ dētes molares non sunt sic lati vt cibum conterant: sed quia sic materia eorum requirit. Item flores non ascendunt tali tempore vt in vere propter aliquem fineꝫ τc. omnia enim naturalia dicebant depēdere a materia: per accidens vero esse talia respectu finis. ¶ Sed Aristo. arguit contra eos quadruplici argumento: primo quia.

1 Que sunt a fortuna ⁊ cāu sunt vt raro: sed que sunt a natura sunt semper aut frequenter: ergo ea que sunt a natura non sunt a casu ⁊ fortuna. 2 Itē natura cohoperatur arti vt patet in Medicina: sed tal' ars agit propter finem sicut ⁊ oīs ars: ergo ⁊ natura agit propter finem ex quo concurrit ad eundem effectum. 3 Item tertro sic. Certū est qd̄ ex semine quolibet non generatur quodlibet: sꝫ ex alio ⁊ alio semine generatur aliud ⁊ aliō siue inanimatis siue in non animatis: igitur natura vr̃ in oībus agere propter finem ⁊ respicere certum terminum. 4 Item quarto sic. Ille qui dicit ꝙ natura non agit propter finem destruit totaliter naturam quoniam natura mouetur cōtinue a principio intrinseco: ⁊ tendit ad certum terminum: nec ante quiescit illud principium intriuse cum donec terminata sit generatō nisi impediatur. ¶ Secundo ponit quadruplicem inductionē: prima est de Aranea que terit fila ꝑpter finem. Secunda est de formica que congregat in estate bladum vnde in yeme viuat. Tertia de irrundine que nidificat propter finē vt pullos foueat. Quarta est quia arbores infra terram infigunt radices: vt cibum attrahāt ⁊ vniuersaliter agit propter finē. Monstra vero semper sunt extra intentionem ⁊ per accidens ⁊ a casu ⁊ intendit de omnibus que sunt ab arte. ¶ Vltimo queritur: vtrum materia sit necessarta simpl'r vl' sꝫ qd. i. rōne forme vel finis. Et dicitur ꝙ est necessaria rōne finis vl' forme. Et declaratur quacruplici ter. ¶ Primo sic q2 ista est differētia inter doctrinas speculatiuas ⁊ naturam qm̄ in doctrinis tota necessitas depēdet a pricipijs q̄ sunt

mā demonstratiōis cōstat enim ꝙ cōclusio non est necessaria nisi quia principia sunt necessaria in natura non econuerso: quonam tota necessitas est ex parte finis: ita vt materia non sit necessaria nisi ratiōe finis: ⁊ sic eius necessitas est secundum quid. ¶ Secundo declaratur in Serra ferrea: constat enī ꝙ nō est necessarium ꝙ Serra sit de ferro nisi propter actum serrationis qui est finis huius instrumenti.

¶ Tertio declaratur in domo tal' eni materia vt ligna ⁊ lapides ⁊c̄. huius non sunt necessaria nisi propter finem intentum. ¶ Quarto ō claratur in homine. Si. enim homo est: Dicit arist. oportet preuenire talem materiam: vr semen vtriusqꝫ sexus de vniuersaliter tota ordinatio rei naturalis est propter finem: ⁊ materia est propter finem. Incipit. iij. li. phisi.

Q Voniam autem natura quedam est ⁊c̄. Hic agit de motu in prima ꝑte libri vbi ponit quatt[us]or per ordinem. Primo premittit aliqua. Secundo diffinit motū dupliciter. Tertio declarat diffinitiones motus. Quarto mouet aliquas dubitationes circa motum.

1 ¶ Circa primum ponit quattuor que valent ad diffinitionem motus primo duas diuisiones entis: quaꝝ prima est: ꝙ ens in actu diuiditur in subantiā q̄titatem ⁊ qualitatē ⁊ ad aliquid. Secuda est subdiuisio ⁊ ibi dicit ꝙ ad aliquid est sicut duplum ⁊ diuiduū per q̄ꝫ inuit relationem intrinsecus aduenientē. Tertio ostendit in quibus reperitur motus. Et dicit ꝙ in quattuor generibus tantum: que sunt substātia: Quantitas: qualitas: ⁊ vbi. Quarto querit quot species mot

tus reperiuntur in quolibet predicamento. Et dicitur ꝙ due contrarie: vt in genere substantie: generatio ꝛ corruptio: In genere quantitatis augmentum ꝛ detrimentum In genere qualitatis de albatio ꝛ denigratio: in predicamento vbi motus sursum ꝛ deorsum. Et concludit ꝙ tot sunt spẽs motus quot sunt species entis. ¶ Circa secundum sciendum ꝙ ponit duas diffinitiones motus quarũ prima ẽ magis generalis: ꝛ est ista. Motus ẽ actus entis in potentia secundum ꝙ in potentia. Secunda est ꝙ motus est actus mobilis secundũ ꝙ mobile est. ¶ Tertio subdit istarũ declarationem vbi probat duo mẽbra diffinitionis date. Primo probat ꝙ motus sit actus. Et probatur primo per inductionem: qꝛ generatio est actus generabilis. Et alteratio est actus alterabilis ꝛ sic in aliis. Item ratione sic tũ qꝛ antequã aliquis moueatur non dicitur esse motus: nec postquã aliquid motũ est: ergo motus erit dũ actu aliquid mouetur: sed talis actio est motus. ergo per consequens motꝰ erit actus. ¶ Secundo probat aliã partẽ diffinitionis. s. ꝙ sit entis i potentia in quantũ potenti est: vꝫ mobile in quantũ mobile est: ꝛ probatur primo per inductionẽ: quia generatio est actus generabilis in quantum generabile. Idem est in omnibus speciebus motus. Secundo probat per rationem. Tum quia si esset entis vt est in actu cũ motus sit ens imperfectũ tunc idẽ ꝛ secundum idem esset perfectũ ꝛ in perfectum ꝛ actu ꝛ in potentia ꝙ est ipossibile propter ꝙ dicit ꝙ non ẽ eris inquantũ es est ipse motus: sed est eris in quantũ mobile ẽ ad statuam: Tum quia illud ꝙ mouetur ad terminũ mouetur inquantum mobile est: sed moueri est idem respectu ꝙ motus ergo motus erit mouẽs inquantũ mobile. ¶ Quarto mouet aliqua dubia. Primo vtrũ motus sit immobi: ꝛ dicitur ꝙ sic. Secundo vtrũ actio ꝛ passio sint vnus motus: ꝛ dicitur ꝙ actio et passio sunt idem subiecto sicut via ascendentis ꝛ descẽdentis ab athenis ad. Thebas est vna differunt tamen secundum rationem nec sũt idem secundum rationem vt tunica vestis: ꝛ dicit expresse ꝙ actio ꝛ passio sunt immobili siue in patiẽte. Sed contra quia tunc forma non esset in eo cuius est forma: vt actio est forma agentis: ꝛ non cẽt in agente. Tum quia idem subiectũ moueretur duobus motibus oppositis ꝙ est falsum respectu eiusdem forme. Tum quia diuersa subiecta vt agens ꝛ patiens haberent eundem actum si esset motus vnus. Tũ quia docere esset adiscere: ꝛ doctria esset disciplina. ¶ Ad primũ dicit arist. ꝙ non est inconueniens si actio agentis est in patiente: tamen postquã cessat agere inconueniẽs esset. ¶ Ad alia tria dicitur per distinctionem identitatis distinguendo: ꝙ aliqua possũt esse idẽ dupliciter vel in respectu vel formaliter. ¶ Sed contra quia forma est substantiale in eo cuius est forma: sed actio est forma agentis. vnde per actionem est formaliter agens vt pꝫ. Itẽ si actio sit in patiente tunc sequit ꝙ idem sit terminus ꝛ fundamentum eiusdem respectus ꝙ est inconueniens ꝛ impossibile. Item oĩs forma denominat suum subiectum sed actio secundum ipsum est in patiente subiectiue: ergo patiens est formaliter agens per illud idem per ꝙ agens erat agens ꝙ est inconue

niēs. ¶ Et ideo dico q̄ actio vt di-
cit precise respectum agentis p̄ q̄
agens ⁊ formaliter agens est sub-
iectiue in agente: vnde ratio predi
cta viget valde. Si vero actio di-
cat illud absolutum q̄ remanet in
patiente causatum ab agente: tūc
actio est in patiente subiectiue. vn-
de arist. dicit expresse q̄ motus ē in
patiente seu mobile. Et quia actō
⁊ passio in sunt motui. Ex quo ap-
te patet per eum q̄ isti oppositi re
spectus ⁊ res ad quisite per motuȝ
sunt in eodem subiecto .s. mobili
cui aperte contradicit ratio vt sup̄
Quattuor Ar(istote)lis dicta: patuit. ¶ Nota q̄ arist. ponit in
isto capl'o de motu quattuor dicta
memorie digna. Primum est q̄ 1
motus est actus in perfectus. Tū
quia illud est imperfectum cui⁹ esse
est imperfectum ⁊c̄. Tum quia n̄
est purus actus nec pura potentia
ergo aliquod mixtum. s. actus cum
potentia: propter q̄ de difficili pos
sumus accipere quid sit quia modi
cum habet de entitate. ¶ Secundo 2.
dicit q̄ agens naturale agit p̄ con
tactum. Sed instatur quia Sol
agit naturaliter in ista inferiora ⁊
tamen non per contactum. Di-
citur q̄ licet non agat per conta-
ctum superficiei agit tamen per cō
tactum virtutis. ¶ Tertio dicit q̄ 3.
agens phisicū agendo patitur: vt
patet de igne qui aliquando extin
guitur a lignis viridibus. Sed
instatur quia sol est agens phisicū
⁊ tamen non patitur ab istis infe-
rioribus. Dicitur q̄ assumptum
intelligitur de his que agunt per
contactum extremorū qualia sunt
ista inferiora. Sed istatur quia
si agens phisicū patiēdo agat tūc
iterū primū agens patiendo aget
⁊ econuerso: ⁊ sic in infinitum q̄-
re solutionem. ¶ Quartu in di- 4
ctum est q̄ agens phisicū agit per
formam: siue illa sit quid. i. substā-
tia: aut quātitas: aut qualitas. Ex
quo innuit aperte q̄ quantitas sit
forma actiua sicut ⁊ qualitas q̄
si ita est tunc quantitas erit ēs ab
solutum cuius contrarium quidaȝ
dicunt.

Quoniā autē de natura ⁊c.

¶ Hic agens de infinito primo p̄
bat q̄ ad naturalem pertinet con
sideratio de infinito. Tum quia
qui considerat subiectum conside-
rat ⁊ passiones: sed naturalis con-
siderat subiectum infiniti. s. tēpus
⁊ motum ⁊ magnitudines. Tuȝ
quia omnes qui rationabiliter lo-
cuti sunt de natura locuti sunt de
īfinito. ¶ Rationabiliter autē p̄
bat q̄ si esset dare infinitum esset
principium. Tum quia omne q̄
est: aut est principium: aut princi-
piatum. sed infinitum: nō est pri-
Et est sciendum ꝙ finitum capitur dupliciter vno modo pro quantitate molis: que est extensa modo perceptibili vt quantitas ligni bipedalis. ꝛ sic finitum non est modus intrinsecus Alio modo capitur ꝓ quantitate virtutis ꝛ sic est perfectio naturalis alicuius entis que ē comprehensibilis: ꝛ tale finitum ponitur hic modus intrinsecus.

Sic etiam infinitum solum accipitur dupliciter vno modo pro quantitate molis scilicet pro magnitudine incomprehensibili que non est danda vt dicitur tercio phisicorum ꝛ illud infinitum hic non ponitur modus intrinsecus Alio mdo accipitur infinitum pro quantitate virtutis pro vt representat in aliqua g

ditate perfectionem incomprehen-
sibilem. qualis est perfectio ipsius
dei: et tale infinitum siue infinitas
ponitur hic modus intrinsecus: et
sic finitum et infinitum accepta pro
perfectione sunt modi intrinseci.
patet quia diffinitio modi intrinse-
ci conuenit eis: vt posito quod quidi-
tas que nunc est finita vt puta qui
ditas hominis si talis fieret infini
ta eque bene maneret talis quiditas:
finitum et infinitum recte se habent
circa quiditatem producibilem et in
producibilem sicut intensum et re-
missum circa albedinem nam posi-
to quod albedo non sit intensa. x. gra-
dus et fiat remissa sic quod sit vnius gra
dus eque bene albedo vnius gradus
est color disgregatiuus visus sicut al
bedo. x. graduum. pariformiter di-
co de finito et infinito. quia per infi
nitatem. nihil aliud intelligo nisi
perfectionem quantitatis incerto
et determinato gradu omnis tamen
quantitas abstrahit ab vtroque si-
ue fuerit quantitas producibilium siue non
¶ Secundo dicendum est de actu et
potentia et Primo de actu est no-
tandum quod actus accipitur quatu-
or modis Primo potest dici actus
omne illud quod habet entitatem
et non est purum nihil et omne po-
sitiuum potest dici actus sicut ma-
teria prima denudata omni forma
per intellectum dicitur actus.

Secundo dicitur actus omne il-
lud quod est determinans et consti-
tuens et contrahens et sic iste diffe-
rentie possunt dici actus hoc modo
et forma substantialis nominatur
actus. Tercio modo dicitur actus
illud quod actu perse subsistit. et sic
sola substantia dicitur actus in istis
tribus modis actus non dicitur mo
dus intrinsecus. ¶ Quarto modo.
dicitur actus ab actu existendi et nomi
natur hoc illud mediante quo ali-
quid dicitur esse de facto ens in ac-
tuali existentia: siue hoc sit hecchei
tas siue existentia. realitas vel ali-
us modus actualis. hoc modo acci
piendo actum actus est quidam mo
dus intrinsecus: et quidam modus
generalis competens omnibus mo
dis qui non sunt nec possunt esse in
potentia obiectiua pro actu sic con-
siderato sepe ponitur in francisco
existentia ¶ Iuxta potentiam est no-
tandum quod septuplex est potentia:
quedam est potentia loica et sic est
non repugnantia terminorum: vt
sortes potest esse animal. Alia est
potentia Mathematica: et est illa qua di-
cimus quod a centro ad circumferen-
tiam possunt trahi multe linee.
Tercia vocatur potentia Meth. et
istam nunc voco potentiam obiec-
tiuam: et ista potentia est aliquid
quando nondum habet existentiam
actualem siue esse actuale. et in ista
potentia fuit homo ante productio
nem mundi quando non habuit es-
se actuale secundum se totum nec
secundum suas partes. Quarta
vocatur Theologica et ista a docto-
ribus vocatur obiectiualis et est il-
la potentia qua dominus potest ver
tere quodlibet in quodlibet sicut fe
cit de vxore loth quam vertit in sta
tuam salis. et sic omnis creatura est
in potentia obiectiualiter quod de
us potest facere eam ad sui placitum
¶ Quinta dicitur phisica et ista est
duplex quia quedam actiua et que-
dam passiua. Actiua est poten-
tia transmutandi aliud inquan-
tum aliud talem potentiam ha-
bet ignis respectu omnis combusti
bilis. Potentia vero passiua est
principium transmutandi ab alio

in aliud in quantum aliud ꝛ ta-
lis potentia est in igne respec-
tu accidentis. quod est in igne sci-
licet caloris sed non in spera lune
vbi mouetur ignis tanquam in cli-
bano: ꝛ tamen spera lune non com
buritur quia non habet potentiam
passiuaꝫ respectu talis actualitatis
Tercia potentia est subiectiua ꝛ
est illa que habet trahi ad actum
substantialem ꝛ accidentalem. de
facto neuter habet sed est denuda-
ta ab omni perfectione substancia-
li isto modo materia prima dicitur
in potentia subiectiua. Quarta
est potentia receptiua ꝛ est illa que
habet trahi ad perfectionem acci-
dentalem sed substantialem iam ha
bet vt homo asinus est in potentia
receptiua respectu nigredinis.
Dico igitur ꝙ modus intrinsecus
qui vocatur potentia est potentia
obiectiua seu methafisica: ꝛ talis
potentia vocatur modus intrinse-
cus ꝛ quot sunt modi itrinseci hoc
patet nam actus ꝛ potentia diuer-
sificant essentiam secundum philo
sophuꝫ ac si diceret philosophus si
ue quiditas fuerit actualitate pre-
sentie siue i potentia eque bene ma
net eadem. patet etiam ratione. q2
quicquid non variat rationem ali-
cuius hoc est modus intrinsecus ac
tus ꝛ potentia sunt huiusmodi ergo
maior patet per diffinitionem mo-
di intrinseci: minor patet. quia ro-
sa in hyeme nullam habet existen-
tiam ꝛ tamen quiditas rose habet
esse: ꝛ manet eadem quiditas.
Necessitas
Tercio videndum est quid sit ne-
cessitas ꝛ est notandum ꝙ necessi-
tas capitur dupliciter ꝛ contingen
tia sibi opposita vno modo absolu
te alio modo respectiue. Prima
enim videlicet absoluta est illa cuiꝰ
finitum opponitur simpliciter non
enti vnde illud est tali necessitate
necessarium quod non potest sim-
pliciter non esse ꝛ sic omnia diuina
dicuntur necessaria necessitate ab-
soluta ꝛ omnes quiditates in se si-
cut quiditas entis ꝛ omnium infi-
morum. Nam equinitas semper est
equinitas secundum auicenam ꝛ
necessaria. talis ergo necessitas est
quiddam modus positiuus conse-
quens quiditatem quamlꝫ. No-
ta differentiam inter necessarium
positiue ꝛ negatiue necessarium
positiue est illud ꝙ semper habuit
existentiam vt deus. Necessarium
negatiue est ꝙ non habuit princi-
pium vt quiditates. Contingen
tia autem sibi opposita est quidam
modus alicuius positiui cui non re
pugnat simpliciter esse purum ni-
hil cuiusmodi sunt existentia reali-
tas istorum inferiorum corruptibi
lium. nam istorum existentie ꝛ rea-
litates sic desinunt esse ꝙ fiunt pu
rum nihil prout li nihil opponitur
omni positiuo: sed quiditates non
sunt contingentes isto modo ymo
sunt simpliciter necessarie. Necessi
tas autē relatiua est conexio duo
rum terminorum ad inuicem. ꝛ sic
potest summi tripliciter scilicet ꝑ
connexione quiditatis: ꝛ quiditas
vel aliquod aliud quod ponitur
in potentia diuina vel per connexi
onem quiditatis ad rem actualiter
existentē vel pro operatione alicu
ius ad operationem vel ad aliam
rem distinctam: ꝛ hoc simpliciter
vel secundum quid. Connexio nam
que prima est q̄ditas entis ad suas
passiões ꝛ ad oēꝫ cōordinationē p̄
dicamentalē ē necesse. Necessitas
ē q̄dā modus ↄnexionis istius. Se
cundus modus ↄnexionis ē modus
connexionis entis ad esse actuale
existentie propter in existentes.

Tercius modus connexionis est connexio esse ad suam operationē ꝛ ad actionem ꝛ ad istā rem a qua impossibile est seperari ipsū: vt quē admodum philosophi posuerunt ꝯnexionem neccessarias ad intellectiones propterea dixerunt ꝙ necessario intelligentie intelligerent.

Contingentia sibi opposita etiā potest accipi tripliciter vno modo pro connexione quiditatis ad aliq̄ꝫ quiditatem non pro vt semper sed pro aliquo certo tempore. Secundo modo contingentia est modus ꝯnexionis quiditatis ad esse actualis existentie secundum determinatum tempus. Tercio modo contingentia est modus connexionis alicuius rei ad suam operationem deficientem non semper permanentem. Secundo mō accipiendo neccessitateꝫ scilicet relatiue ꝛ etiam contingentiam semper sunt modi intrinseci. ꝛ ꝙ hec duo sint modi intrinseci. patet. quia sine ex̄ña seperabiliter in est siue non quiditas semper manet quiditas.

Quarto videnduꝫ est quid sit existentia: hecceitas: ꝛ realitas ꝛ est sciendum ꝙ hecceitas nihil aliud est nisi quidam modus intrinsecus qui immediate contrahit ꝛ primo quiditatem ad esse qui prius fuit comunis per istam contrahibilitatem fit hic modus intrinsecus scilicet heccheitas ꝛ nominatur differentia indiuidualis sed tamen propter penuriam terminorum multociens nominatur heccheitas ꝛ habet se suo modo ad naturam specificam sicut vera differentia ad naturam genericā. Nam vera differentia adueniens. generi constituit speciem ita heccheitas adueniens nature specifice facit eam hoc vel indiuiduum quod ideꝫ est ꝛ tunc fit h natura. Existentia nihil aliud ē nisi illud esse mediante quo quiditas existit sicut verbi gratia intelligimus enim nos duo esse in substantia quanta substantia scilicet substantiam ꝛ quantitatem mediante qua quantitas existit. Sed realitas est quidam modus intrinsecus mediante quo realitant̄ omnia que sunt in aliquo verbi gratia sicut intellectus intelligit tria in substantia qualificata sic intellectus intelligit tria in substantia realificata. in substantia enim qualificata Primo intelligimus substantiam que est subiectum accidentium. Secundo ibidem intelligimus quantitatem ꝛ absque quantitate qualitas corporalis esse non potest. Tercio interlligitur ipsa albedo vel aliqua alia qualitas sic pariformiter tria intelliguntur a substantia realizata scilicet ipsa quiditas contracta per heccheitatem. Secundo ipsa existentia. Tercio ipsa realitas.

Pro quo ergo sciendum ꝙ res accipitur tripliciter. videlicet. vno modo per modum substracti. ꝛ illo accipiendo rem est modus intrinsecus: de quo dictum est ꝙ substernit̄ quiditati vt sit realis sicut qualitas substātie vt sit qualis Alio modo accipitur per modum predicati Et sic omne predicatum quiditatiuum est res: ꝛ omnis quiditas: ꝛ sic comuniter accipiunt isti hoc nomē res: qui dicunt ꝙ omnis distinctio aut est realis aut rationis. isto mō accipiendo esse potest concedi ꝙ distinctio formalis cēt realis. Tercio summit̄ res ꝑ modum resultantis vt. s. ex ista re ꝑ modum substrati ꝛ ꝑ moduꝫ predicati om̄t duꝫ vniuntur ꝛ dum quiditas realizatur ꝑ realitatem isto modo ꝯsequenter doctores accipiunt reꝫ qui ponunt

Existentia

Realitas

[illegible]

Res 3 accip[illegible]

Res 3x accip^r

q̄ aliqua est distinctio realis alia formalis Et est 2° notandū q̄ pp auctoritatem. Auicene. d. ens ⁊ res cōuertuntur. q̄ adhuc res accipit tripliciter. Uno modo pro ut suum significatum extenditur ad omne positiuum ⁊ ad omne quod non est extra nihil siue sit ab anima elaboratū siue non: ⁊ tunc conuertitur cū ente, ꝓ ut ens est equocū .s. quādo significatū entis se extēdit ad oē positiuū: qđ non est nihil nā sigs omnia entia uocē equoce nuncupabit s̄m porphiriū in ca° de genere

Secundo° accipitur res, ꝓ ut per suū significatū se extendit ad oē illud qđ habet aliquod esse seclusa operatione intellectus: ⁊ sic omnis modus intrinsecus potest dici res ⁊ omnis q̄ditas: ⁊ omne qđ p̄se existit p̄seitate tercij modi. Tercio accipitur res solū ꝓ illis que exñt p̄seitate tercij modi isto° res accepta ⁊ res p̄ modum resultantis ↄuertunt. Alig. n. addūt adhuc duos modos intrinsecos. s. esse in aīa ⁊ esse extra animā: esse autē in aīa in p̄nti nihil aliud est nisi aiā actu intelligere q̄ditatem ⁊ q̄ditas sic intellecta dicit obiectiue esse i anima seu in intellectu: q2 est obm intellectus ⁊ a doctoribus comuniter vocat esse cognitū. Extra animā nihil aliud ē nisi q̄ditatē de facto non intelligere l' intelligibilis sit: h̄ tm̄ de 2°.

d' I aia.

d' ext aiaz.

Nūc q̄tū ad secundū articulū istius declarat si isti modi distiguātur ab inuicē. Est sciendū q̄ quadruplex est distinctio seu inuenit in istis modis intrinsecis. Prima distinctio est qua modus distinguit a q̄ditate cuius est modus verbi gratia sicut dicimus q̄ finitas distinguit a q̄busdā creaturis: ⁊ infinitas ab essentia diuina ⁊ heccheitas sortis a natura humana. ⁊ sic d̄ singulis.

P^a modi distinctio

2 Secunda distinctio est q̄ vnus modus disperatus distinguit ab alio modo dispato. Modi disperati sunt oppositi secundū se nec vnus est alius ⁊ sunt isti infinitas ⁊ necessitas ⁊ distinguntur vt modi dispati q2 relatio licet sit neccessaria non tamen est formaliter infinita. Similiter in creatura finitas ⁊ ↄtingentia distinguntur q2 i potentia obiectiua q̄ditates creaturaꝝ fuerunt finite sed non ↄtingentes: q2 non fuerunt existentes. simil'r necessitas ⁊ realitas distiguūt seu differunt in deo: q2 realitas multiplicatur ⁊ non necessitas. Nam vna est necessitas ⁊ plures realitates secūdū determinationē ecclesie extra d̄ summa trinitate ⁊ fide catholica. Capitulo dampnam° vbi ecclesia ponit tres res indiuis. Similiter ibidem est vna existentia ⁊ plures realitates. ⁊ ratione dicim° q̄ in creaturis existentia ⁊ realitas differūt q2 vnus modus potest multiplicari alius vero non. Similiter dico q̄ exña ⁊ necessitas differunt q2 vnum .s. necessitas est connexio duoꝝ terminoꝝ sed non exña p̄sor miter dicitur de exña ⁊ ↄtingentia. Notandū etiā q̄ actus est q̄dam modus generalis ⁊ comunis: q competit omnibus illis q solū habent esse actu sicut heccheitas pōt dici actus vel modus actualis similiter existentia realitas ⁊ necessitas ⁊ ↄtingentia sed non finitas nec infinitas q2 ista insunt q̄ditatibus in potentia vt dictum est. Franciscus tamen actum attribuit existentie ⁊ vocat existentiā actualē existencia: l' omnibus posset ↄpetere dētis finitati ⁊ infinitati.

3 Tercia distinctio est modoꝝ oppositoꝝ vt finiti ⁊ infiniti necessitati ↄtingen

cie potentie ꝛ ista distinctio est ma-
ior duobus primis. ¶ Quarta distinctio ē duoꝝ modoꝝ eiusdē ordinis sicut heccheitas sortis et platonis realitas sortis ꝛ realitas platonis 4

Nunc ad quartū puntū huius articuli quis.s.eoꝝ modoꝝ intrinsecoꝝ est ordo Et notandū ꝙ si sint modi intrisceci pricipales q̄ multū laborāt circa q̄ditates.s.finitū ꝛ infinitū: necessariū ꝛ contingens existentia realitas heccheitas int̄ hos. vij.modos q̄dā insunt q̄ditatibus perse sicut est finitas ꝛ infinitas.illi duo modi possunt de q̄ditatibus coꝝ denominari ꝛ infinitas in Deo tenet similiter primū locū inter illos modos intrinsecos:ꝛ finitas in creatura ꝑducta vel ꝑducibili Alij vero q̄nq̄ modi isunt quasi ꝑ accidens inter quos primum locum tenet hecheitas:secundum locum tenet existentia:Tercium locum tenet realitas.tam in deo quam in creaturis. Quartum locum tenet neccessitas in deo in creaturis contingentia.ꝛ sic dicti modi sunt ordinati. ¶ Ordo enim istorum modorum sumptus ē ad similitudinem magis comunis ꝛ minus communis:nam videmus ꝙ in omni ordinatione comuniora semper precedunt particularia vel minus comunia:ꝛ primo etiam insunt inferioribus vt patet in predicamentis. Quod autem inter illos modos sit talis ordo patet. Nam vbi existentia ibi heccheitas sed nō econuerso. Ratio est q2 sicut se habet vera differentia ad genus ita se habet differētia idiuidualis ad suā quiditatem:sed differentia vera ponitur inesse generi ad constituendū speciem.igitur differentia individualis suo modo primo inest ad contrahendum quiditatem.sed heccheitas comuniter vocatur differentia individualis.g° ꝛc.patet ꝙ nō est bene intelligibile ꝙ aliqua quiditas existat que non sit hoc ipsa.Tercio patet quia precedet realitatem individuis.nam essentia diuina intelligitur singularissima ꝛ existens antequam intelligatur comunicata personis tamen cum reuerentia doctoris francisci sunt distincta qui vltimo loco ponit hecceitatem ꝛ sub dubio relinquid.ipsa autem existentia precedit realitatem.nam vbi est realitas ibi est existentia ꝛ non ecōuerso vt patet. Nam diuina essentia antequam intelligatur comunicata personis est existens sed non realis quia non habet propriam realitatem a realitate personarum quia alias esset quaternitas ꝙ heresis sonat.ꝛ quia ibi existentia precedit realitatem argumus ꝙ sic etiam sit in creaturis Nā regula vulgata est sancti thome quā doctores nostri acceptant ꝛ presertim franciscus qualem ordinem habent aliqua vbi distinguntur secundum rationem:talem habent vbi distinguntur realiter per hanc regulam tantum vel dicere qualis est ordo rerum in deo con similes res si reperiantur in creaturis habent ordinem. Et ideo dico ꝙ realitas sequitur existentiam. Similiter omnia absoluta ꝛ similiter necessaria sunt realia.sed non econuerso. Nam patet ꝙ creata sunt realia sed non sūt necessaria sed contingentia Nam omnia contingentia sunt realia sꝫ non econuerso quia persone diuine sunt reales ꝛ tamen non contingentes. Et hec tantum de articulo secundo. Regula Thome:

Quantum ad secundum articulum huius questio/
nis de diffinitione sunt h tria
punta per tractanda: quorum pri/
mus erit quid sit distinctio si sit qd
absolutum vel respectiuum. Se/
cundo quot modis accipitur distin/
ctio. Tercio quomodo potest acq/
ri. Quantum ad primum puntum
huius articuli ponam quatuor con
clusiones. Prima conclusio est
ꝙ distinctio non est quid absolutū
sed quid respectiuum. hanc conclu/
sionem probo sic. Omne illud qd
secundum suam rationem formalē
est ad aliud est relatio: sed distinc/
tio est huiusmodi: ergo ⁊c. Maz oē
distinctum ab alio necessario est di/
stinctum. Secundo sic quecunqз
opposita possunt esse simul diuersa
per comparationem ad diuersa sūt
relatiua: sed idem ⁊ diuersum sunt
huiusmodi. igitur potest enim ali/
quid idem esse ⁊ distinctum. Verbi
gratia aliquid potest esse idē. a. ⁊
tamen distinctuз. a. b. sicut magnū
per respectum ad granum. ⁊ paruū
per respectum ad montem. igit di/
stinctio est quid respectiuum. Se
cunda cōclusio sit ista ꝙ huiusmo/
di respectus nō est in genere sed trā
scendens. Circa istam conclusionē
est notanduз ꝙ sicut dicimus quid
est quedam quiditas transcendens
ita dicimus ꝙ quidam sunt respec/
tus transcendentes sicut sunt intē
ciones secunde ⁊ istaз conlcusionē
probo tripliciter ⁊ primo quecunqз
conueniunt enti ante quam descen
dat in. x. genera necessario sunt trā
scendentia: sed distinctio competit
enti ante quam descendat in. x. ge/
nera ⁊ suis passionibus; quia ante/
quam descendat in genere vnum ⁊
ens distingūtur ⁊c. ⁊ sic ꝺ alijs pas

sionibus ⁊ vna ab alia. ⁊ sic distinc
tio potest intelligi antequaз desce
sus fiat. igitur hoc totum argumē/
tum potest elici ex dictis phi quar/
to meth. Secundo sic quicquid
circuit omne genus hoc est transce
dens: quia illud quod est in genere
terminato non potest circuire om/
ne genus. nam inquocunque gene/
re vna species distinguitur ab alia
⁊ vnum genus ab alio. igitur.
Tercio sic nullum existens in de/
terminato genere potest deo forma
liter conuenire: sed distictio forma/
liter conuenit deo. ergo non est in
aliquo determinato genere. minor
est nota ꝺ distinctione diuinaruз p
sonaꝝ Tercia conclusio sit ista ꝙ
respectus quē dicit distinctio est in
trinsecus adueniens ⁊ non extrinse
cus. Circa ꝙ sciendum ꝙ respectus
quem dicit seu relatio intrinsecus
adueniens est qui oritur. posito ter
mino ⁊ fundamento in quacunque
distantia. Respectus vero extrinse
cus adueniens est ille qui non inci/
pitur ab aliquo termino aduenien/
te nisi prius fiat dispositio requisi
ta: sicut posito ligno ⁊ igne non
statim nascitur accio nisi prius fac
ta a proximatione. ⁊ ex hoc patet
conclusio. Nam posita ratione for
mali hominis ⁊ posita ratione for/
mali asini vna differt ab alia. ex h
potest probari ꝙ differt ab asino.
Quarta conclusio respectus di/
stinctionis est respectus disquiparā
cie quia respectus equiperantie nū
quam habet ex trema nisi vnius ra
tionis. Omnis igitur illa relatio q
habet extrema alterius ⁊ alterius
rationis necesse est esse relationem
disquiperantie: sed diuisio est huius
modi: maior patet. Nam sicut in/
ter extrema eadem in quantum ea/
deз nunquaз innascuntur nisi idē:

ita inter aliqua inquantum aliqua semper innascitur aliud et aliud. minor nota que sunt eiusdem rationis non distinguntur. ¶ Contra istas conclusiones arguo secundum ordinem quemadmodum posite sunt. et primo contra primam. Omnis relatio presupponit distinctionem extremorum. patet quia si debeat inter aliq esse relatio oportet quod sint distincta quia inter vnum et idem non innascitur relatio sed diuisio: si eet relatio presupponeret diuisionem et sic fieret processus in infinitum: quod est inconueniens. ¶ Secundo contra secundam conclusionem arguitur sic nullum accidens est transcendens sed diuisio est accidens igitur etc. maior patet quia accidens limittatur ad. ix. genera accidentium. minor similiter. patet quia quod potest ad esse et ab esse preter subiecti corruptionem est accidens. diuisio est huiusmodi ergo etc. probatur ista minor. quia ego distinguor a te: te existente et non distingor a te: te non existente ergo diuisio adest et abest preter subiecti corruptionem. ¶ Tercio contra conclusionem secundam sic ad omnem relationem sufficiunt fundamentum et terminus quia nullus respectus videtur ab alio dependere: sed hoc competit relationibus. igitur ex hoc positis extremis non sequitur quod diuisio vel aliqua alia relatio sit respectus intrinsecus adueniens.

¶ Quarto contra quartam conclusionem indiuidua eiusdem rationis sunt distincta. igitur inter ista que sunt eiusdem rationis est diuisio. sed omnis talis relatio est ralatio equparantie igitur etc. Ad primum dico quod omnis relatio presupponit formalem aut fundamentalem diuisionem extremorum. vnde diuisio fundamentalis adueniens intellectui: vel voluntati vel homi vel asino presupponit fundamentalem diuisionem extremorum non tamen actualem: et sic patet ad primum. ¶ Ad secundum dico quod licet relatio sit transcendens in comuni: potest tamen esse quod aliqua relatio sit accidens ita pariformiter quoniam diuisio quedam est secundum se est transcendens. aliqua tamen potest esse que est accidens: que scilicet est inter me et te. Verbi gratia ens est transcendens temen aliquod ens est quod est accidens. ¶ Ad tercium dico quod relatio intrinsecus adueniens non est dependens ni[...] a duobus scilicet termino et fundamento Relatio autem extrinsecus adueniens dependet a fundamento et termino et ab aliquo alio scilicet ab agente. Nam positis duobus albedinibus sine aliquo agente ponitur similitudo: sed posito corpore et loco non ponitur vbi nisi adueniente virtute superioris agentis mouentis corpus ex quo oritur vbi. Ad quartum dico quod inter illa que sunt eiusdem rationis nunquam potest esse diuisio vel relatio disquiperantie. sed diuisio tantum potest esse inter aliqua eiusdem speciei non inquantum eiusdem speciei sed inquantum includunt aliqua: que non sunt eiusdem speciei. sicut sortes et plato includunt aliqua in quibus differunt: que precise accepta non sunt eiusdem rationis. videlicet differentie indiuiduales. ¶ Sed hic est vnum dubium et notabile. videlicet si differentia et diuersitas sint eadem relatio et dicitur hic a quibusdam quod non quia differentia aliquibus attribuitur a quibus diuersitas remouetur sicut a duobus indiuiduis eiusdem speciei. Sed ego dico quod sunt idem realiter quia quecunque relationes fundantur in eodem fundamento

o

respectu eiusdem termini sunt eedē
sed idem est fundamentum diuersi/
tatis ⁊ differentie. igitur. ⁊c. Sed
dico ꝙ ratione differunt secundum
ꝙ ad diuersā comparantur nam re
spectus iste si comparetur precise
ad fundamentum ⁊ terminum sic
arguitur diuersitas: quia rationa/
le ⁊ in rationale vt sunt vltime dif/
ferentie dicuntur diuerse. si autem
respectus ille comparetur ad fun/
damentum ⁊ terminum respect⁹ il
lius differunt ⁊ sic dicitur differen/
tia': sicut si respectus fundatus in
rationali ⁊ in inrationali compa/
retur ad hominem ⁊ ad asinum sic
arguitur differentia ⁊ non diuersi/
tas ⁊ sic p3 solutio dubitationis.

q Vantum ad secundu3
est sciendu3 ꝙ modi di
stictiō3 sūt vij. quoniā
que distinguntur.
Aut distinguntur rōe.
Aut ex natura rei.
Aut distinctione formali.
Aut distinctione reali.
Aut distinctione essentiali.
Aut distinctione se totis subie.
Aut distinctione se totis obie
Et sciendu3 est quomodo iste distin
ctiones se inferant ⁊ qualiter non:
vnde iste distinctiones sic se inferūt
ꝙ vltima scilicet distinctio se totis
obiectiue infert omnes alias preter
primam: ⁊ sic ascendendo vsque ad
primam scilicet distinctione3 ratio
nis successiue. Sed nunc viden/
dum est qualiter nō se inferant iste
distinctiones ⁊ dico ꝙ prima scili/
cet rationis non infert secundam
scilicet ex natura rei: nec secūda ter
ciam. ⁊ sic de singulis descendendo

vsque ad vltimam. Quia visum est
quot sunt distinctiones. nunc autē
videndum est quot sunt modi idem
ptitatu3. ⁊ dico ꝙ sunt septem. q̄m
per Ari. qui bene diffiniunt contra
ria significāt: sunt āt idemptitates
Primo idemptitas rationis.
Secundo idemptitas ex natura rei
Tercio idemptitas formalis.
Quarto idemptitas realis.
Quinto idemptitas essentialis.
Sexto idemptitas se totis sbiectiē
Septimo idēptitas se totis obictiē
Nunc autem videndum est qua/
liter isti modi se inferant: ⁊ quali/
ter non: vnde dico ꝙ sic se inferunt
ꝙ prima idemptitas scilicet ratio/
nis infert secundam: ⁊ secunda ter
ciam: ⁊ sic de singulis descendendo
vsque ad vltimam. Sed non se infe
runt sic ꝙ vltima arguit penulti/
mam scilicet se totis subiectiue: ⁊
sic ascendendo vsq3 ad prima3 idē
ptitatem scilicet rationis. vnde nō
seqr̄ sunt idem se totis obiectiue er
go sunt idem se totis subiectiue sic
ascendendo vsque ad prima3 idem/
ptitatem scilicet rationis vnde nō
sequitur sunt idem se totis subiecti
ue ergo sunt idem essentialiter. sed
bene sequitur sunt idem ratione. gª
omnibus modis idem. ⁊ sic ascen/
dendo vsque ad vltimam inclusiue
Similiter non sequitur distingunt
ratione. ergo ex natura rei: ⁊ sic de
singulis descendendo vsque ad vlti
mam: sed bene sequitur distingunt
se totis obiectiue ergo se totis sb/
iectiue vel essentialiter. ⁊ sic ascen/
dendo vsque ad primam inclusiue.
Ex hoc inferuntur aliqua corre/
laria. Et primum ē ꝙ maior idē
ptitas que possit esse est idemptitas
rationis: ⁊ minor que possit esse est
idemptitas se totis obiectiue. ⁊ ra/
tio huius est primo quia idempti/

tas rationis infert omnes alias. Secunda causa est quia idēptitas obiectiua nullam aliam infert.

Secundu3 correlariu3 est ꝙ maior distinctio que possit esse est distinctio se totis obiectiue: ⁊ minor est distinctio rationis. Et ratio primi est quia distinctio obiectiua infert omnes alias. ratio autem secundi ē quia distinctio rationis nullam aliam infert. Tercium correlarium est ꝙ distinctio rationis stat cum idemptitate ex natura rei: ⁊ sic de singulis descendendo. Quartū est cū distinctiōe obiectiua nulla stat idēptitas. Nō videndu3 est de singl'is ꝑ ordinē. ⁊ pº de distinctiōe ratiōis

Circa quod est sciendum qd sit distinctio rōnis ⁊ dico ꝙ distinctio rōnis: vel illa distingūtur rōe q̄ distinguntꝰ ꝑ actū collatiū vel ꝋpatiū intellectus: vel alicuius potētie collatiue vt sor. ē sor. sor. pōitº in sbō distingunt a sor. posito i ꝑdicato sola rōe. i. sola ꝋpatiōe ipsius itellectus: vel volūtatis: vel alteriº potētie collatie. Proqº notādū ꝙ itellectº ē potētia collatia ꝓprie que h3 ꝋpare vnā rē ad aliā iuxta dotrinā Ari. 3º de aia. Ubi ait itellectus agēs ē oīa facere. Proqº nō. ꝙ actº ipsius itellectº ē duplex. Priº ē simplices qditates rerū aphēdere. ⁊ iuxta istū modū nec ē idēptitas nec distinctio. Secundus ē ꝋpare l' diuidere. ⁊ penes istū modū cātur distinctio rōis: qualis ē via de athenis ad thebas: que solu3 ē rōis. S3 ꝯ hº arguit ⁊ ꝓbat ꝙ nō sit distictio ratiōis iter viā athebis ad athenas: h sic ꝓbat. Nā tu intelligis istas vias eē distictas ⁊ nō sūt a ꝑte rei: ergo false intelligis: qz intelligere realiter quā ē ē intelligere falso modo: ⁊ figmentaneū. ꝓ declaratione huius argumenti est notandum ꝙ intelligere rem aliter quam est contingit dupliciter. vno modo sub modo non repugnanti sue nature: ⁊ talis intellectio non est falsa: sic mathematici considerant lineam vt abstrahitur ab omni materia sensibili. ⁊ talis intellectio est vera secundum Ari. secundo phisicorum. Ubi ait ꝙ abstrahencium non est mendacium. Alio modo sb mº repugnanti sue nē: ⁊ sic talis intellectio est falsa: vt intelligere deum esse finitum ⁊ creaturam infinitam. Secundo quot modis inuestigatur distinctio rationis. ⁊ dico breuiter ꝙ duobus modis. Ad cuius euidentiam est notandū ꝙ quidam actus intellectus est rectus ⁊ quidam collatiuus. Actus rectus appellatur quo intellectus fertur super aliquam rem. Actus autem collatiuus appellatur quo intellectus rem intellectam comparat ad se ipsa3 vel ad aliam. Modo ad propositum dico ꝙ duobus modis inuestigatur distinctio ratiōis scilicet actu recto ⁊ collatiuo. Actu recto sic est distinctio inter rem intellectam ⁊ non intellectam. Sed actu collatiuo sic distinguitur idem a se ipso vel vna res intelligitur ab alia distingui: vt dicendo sor. est sōtes: vbi solum est distinctio ratiōis Et hoc de prima distinctione.

Circa distinctionem ex natura rei queritur primo q̄ distingunt ex natura rei. Et dico ꝙ illa que habent eē preter opus intellectus: ⁊ sic distingunt totū ⁊ ꝑtes: ⁊ effectº eē formālis ⁊ cā formālis: ⁊ supiº ⁊ inferius. Vel alr. Illa distingunt ex natura rei de qbº ꝑdicata ꝯdictoria pñt verificari ꝑter opº in

tellectus.non tamen ꝙ illa verifi/
catio sit preter intellectum.sed pre
dicata ⁊ subiecta sunt verisimi/
lia ⁊ compossibilia.preter opus ip
sius intellectus.Verbi gratia nam
de toto ⁊ de partibus verificantur
contradictoria Quod patet.Nam
totu3 est quid constitutum:pars aũt
non modo constitutum ⁊: non cõ
stitutum sunt predicata cõtradicto
ria.igitur inter illa est distinctio ex
natura rei. Similiter de superiori
⁊ inferiori verificantur predicata
contradictoria: Quod patet.quia su/
perius est multiplicabile preter op9
ipsius intellectus: Inferius vero ñ
est multiplicabile in pluribus pre/
ter opus ipsius intellectus: modo
multiplicabile ⁊ non multiplicabi
le sunt contradictoria:igitur distin
ctio inter illa:⁊ sic de multis alijs
Unde concedo correlarie ꝙ prop/
ter hoc multi sunt decepti qui cre/
dunt ꝙ quecunque distinguntur p̄
ter opus intellectus distinguntur
realiter.quod non est verum. ¶ Se
cundo nõ quot modis inuestigatur
talis distinctio. ⁊ breuiter dico ꝙ
quattuor modis scilicet per quatu/
or genera opositionum scilicet con
trariam:contradictoriam:relatiuã
⁊ priuatiuam. ¶Per relatiuam sic
Nam mouens ⁊ motum opponun
tur relatiue:⁊ applicantur intellec
tui ⁊ uoluntati.na3 voluntas vult
⁊ est mouens.nam ipsa est tanquã
regina in regno:⁊ imꝑat intellec/
tui ꝙ intelligat:ergo ipsa est mo/
uens:intellectus vero mouetur.er/
go distinctio est inter ista preter fa
bricam intellectus:non realem se/
cundum Augustinum.ergo ex na/
tura rei. ¶ Secundo per oppositio
nem contrariorum ⁊ sic inuesti/
gatur distinctio ex natura rei inter ẽs
ad se ⁊ ens ad aliud;que opponun
tur contrarie:⁊ applicantur subtõ
⁊ proprie passioni.Nam subiectu3
est ens ad se puta. homo: propria
passio est ens ad aliud puta risibili
tas:ergo distinctio est inter illa nõ
realis ergo ex natura rei ¶ Tercio
per oppositionem priuatiuam:⁊ isto
modo inuestigatur a doctore inter
essentiam ⁊ relationem:nam essen/
tia est comunicabilis tribus perso/
nis:relatio vero non ¶ Quarto ⁊
vltimo per oppositionem contradi
ctoriam applicando ista duo con/
tradictoria.s.constituere:⁊ ñ constituere
nã partes constituunt totũ vero nõ
constituit. ergo est distinctio inter
illa.non realis.ergo ex natura rei.
Et hec de ho.

De distinctione formali.

Modo videndum est q̃
distinguntur formaliter:
⁊ sunt illa quorum predi
cata non ponuntur in eadem diffi/
nitione sed in diuersis vt homo ⁊ a
sinus.ex hoc autem concludo cor/
relarie ꝙ illa sunt idem formaliter
que de se inuicem predicantur. In
primo modo dicendi per se.⁊ hoc cõ
tingit quatuor modis. Primo
modo est quando idem nomine ⁊ re
predicatur de se ipso.vt sor.est sortes
Secundo modo quando diffini/
tio predicatur de diffinito: sic dicẽdo
sor.est animal rationale mortale.
Tertio quando pars formalis p̄
dicatur de suo toto:vt hõ est rationa
lis. Quarto quando pars mate/
rialis predicatur de suo toto.vt hõ ẽ
animal. Secundum correlariu3
est istud ꝙ passio ⁊ subiectum sunt
disticta formaliter quod probatur:
Nam illa sunt distincta formaliter
quorum vnum non est diffinitio vel

ps diffinitionis alteri⁹. hoc p3 per
primu3 correlariu3: s3 passio τ sbm̄
sunt huiusmodi. g⁹ τc. minor pba
tur. Nā passio ponit in diffinitione
subiecti vt dictum est. ¶ Cōtra argui
tur. Nā illa sunt idem forāl'r: quor
vnu3 ponit in diffinitione alterius
sed in diffinitione passionis ponit
sbm̄ vt p3. Septimo metha: g⁹ τc.
Ad istud rn̄deo: τ ɔcedo maiorem.
cu3 hoc q non sit diffinitio data p
additamentū. Ista āt est huiusmo-
di. τ sic nihil ad ppositu3. Secū
do est notadu3 circa distinctione fō
male3. p quo duo faciam. P⁹ po
na3 quedam notabilia. Secundo
quedam dubia. ¶ Primu3 notabile
est istud q formalitas ē queda3 ra
tio obiectiualis: repta in re ab itel-
lectu. qua3 non o3 intellectu3 mo-
uere du3 tū actu3 intellectus possit
in ea terminari: q2 non o3 q intel-
lectus semp moueat sed poti⁹ q ac
tu3 eius possit in ea terminari du3
intellectus facit in ea tale3 distin-
ctione3. ¶ Secundo nota quot mo
dis inuestigat distinctio formalis.
τ dico q quatuor modis. s. diffiniti
one: diuisione: descritione: demostra
tione: P⁹ diffinitione. q2 illa que
sic se habent q vnu3 non ponit in
diffinitione alterius nec est sua dif
finitio illa formal'r distingunt. vt
homo τ asinus. Diuisione inue-
stigat sic. Nam qn̄ aliq cōe diuidit
p differentias oppositas oē ɔtentū
sub vno membro distingunt forāl'r
ab alio: τ ab oī ɔtento sub illo. Po
no tibi tale exemplū acommodatū
Na3 ens diuidit p absolutu3 τ res-
pectiuu3. oia ɔtenta sub absoluto
distingunt formaliter a respectiuo
τ ab omni ɔtento sub respectiuo. de
scriptione inuestigat sic na3 descri
ptio ɔstat ex genere τ differentia τ
ppria passione: s3 que habent disti
tas pprias passiones habent distin
tas descriptiones τ p ɔsequēs disti
gunt formaliter. Demonstratio
ne sic. Na3 qncunq3 aliqd est demo
strabile de vno: q non de reliquo
talia distingunt formaliter cum de
mostratiōes varient p media. vt p3
p⁹ posteri: Alio modo pegrino pōt
inuestigari sic. s. per viam redupli-
cationis. Nam reduplicatio dicit
causam formale3. arguendo sic. hō
in quantu3 homo est animal: lapis
inquantum lapis non est animal.
ergo distigūtur formaliter. ¶ Sed ɔ
tra superius dicta arguo sic. Nam
quecunq3 distinguntur quiditatie
distinguntur essentialiter. quia qui
ditas τ essentia idem sunt: sed indi
uinis ponimus distintionem quidi
tatiuam. ergo essentialem: quod est
hereticum τ vanum. Respondetur
q peccat per presuppositum. Nā
tu presupponis q quiditas τ essen
tia conuertant: quod tamen est fal-
sum. Nam habent se tanquam su-
perius τ inferius. Nam bene sequi
tur distinguntur essentialiter. ergo
quiditatiue sed n̄ econtrario.
¶ Sed diceres contra na3 indiuinis
tu ponis plures formalitates. tūc
arguo sic. formalitas dicitur a for-
ma: sed indiuinis sūt plures forma
litates: ergo plures forme quod est
hereticum. Argumentum istud est
grossissimum: τ arguo sic vt tu si-
cut formalitas dicitur a forma ita
essentiale ab essentia: sed in diuinis
sunt plura essentialia: secundum di
onisium ergo plures essentie. Fo
sic nam sicut formalitas dicitur a
forma Ita personale a persona: s3
in persona patris sunt plura perso
nalia secundum Dionisium. ergo
in persona patris sunt plures psōe

Regula theologica

sed istud argumentu3 non valet g°
nec tuu3: quod istud non valeat p3
quia concludit conclusionem here-
tica3. Ideo ꝓ me ꝛ ꝓ te respondeo
ad argumentum negando illud. q2
a plurificatione ꝯsequentis seu po-
sterioris nunquam bene arguitur
ad plurificationem añtis maxime i
diuinis: Immo nec etiam in creatu-
ris: vnde licet ista ꝯña sit bona iste
homo est sciens vel qualis ergo ha-
bet scientiam vel qualitatem: tamẽ
non seqtur iste homo habet plures
scientias vl' qualitates ergo est plu-
res scientes vel plures q̃litates: Di-
ces ꝗ huiusmodi formalitates non
sunt ponende indiuinis. quia illud
non est ponendum in diuinis ꝗ nõ
habet a ratione naturali vel a fide
vel a sacra sciptura vel ab aliquo
doctore auctentico sed iste formali-
tates non habentur ab aliquo isto-
rum ꝗ debeant poni indiuinis er-
go non sunt ponende: Respondeo
ꝗ sicut ex vna de neccessario ꝛ
vna de contingenti infertur vna ð
contingenti ex p° prioꝝ. ita ꝗ ibi
est bona consequentia Ita dico ꝗ
ex vna credita ꝛ ex alia natural'r co-
gnita per bonam ꝯña3 potest infer-
ri vna credita. Modo sic est ꝗ cre-
dimus ꝛ catolice confitemur ꝗ es-
sentia diuina est cõicabilis tribus
ꝛ de facto comunicat' tribus ꝑsonis
ꝛ est absolutissima: paternitas nec
est cõicabilis nec cõicat' nec est ens
absolutum: huic ꝓpõi credite addo
vnã nãliter euidentẽ: Q̃ð qñcunq3
aliqua sic se hñt ꝗ aliqð ꝯuenit vni
ex nã rei secluso ope intellectus qð
non ꝯuenit alteri est ibi distinctio
ex nã rei: Et qñ vnũ est absolutũ a
pte rei for'r ꝛ q̃ditatiue ꝛ aliud nõ
imo est for'r rela'm: illa dñt distin-
ctas formalitates: Isti vltie ꝓpõi
adde precedentẽ creditã ꝛ realiter

ꝯcludes ꝗ i diuinis sunt plures fo-
malitates ꝛ hoc ꝯfirmat' ꝑ btm̃ au-
gustinũ dñtẽ ꝗ pr̃ est ꝛ alio pr̃ ẽ pr̃
q2 pr̃ ẽ eẽntia diuina s3 ẽ pr̃ p̃rnita-
te ex h̃ p3 ꝗ ẽ distictio ꝛ pluralitas
formalitatũ i diuinis ad formã ar-
gumẽti p3 ex dictis negãdo minorẽ
Tercio notandũ ẽ ꝗ forãlitas ve-
nit de forã: ꝛ forãle: dr̃ de forã: ꝛ fo-
ma ẽ duplex. Nã quedã ẽ eẽntialis
ꝛ quedã accidẽtalis: forã ãt eẽntia-
lis ẽ duplex. Nã quedã ẽ in eẽndo
vt altera ꝑs ꝯpositi. s. forã ꝑtis ali-
a ẽ in ꝯgnoscẽdo ꝛ sic supiora sunt
forẽ fo phi. ꝛ. v. meta. oẽs ptes dif-
finitiõis sunt forẽ inferioꝝ ꝛ tunc
pono tria correlaria ꝯsequẽti ad ꝑ-
dicata. Quoꝝ primũ ẽ istud ꝗ for-
ma accidẽtalis ñ venit forãlitas.
Secundũ ẽ ꝗ a forã q̃ ẽ altera ꝑs
ꝯpositi ñ venit forãlitas. Terciũ ẽ
ꝗ forãlitas vẽit a forã i ꝯgnoscẽ°
Quarto nota ꝛ p° mouet' talis du-
bitatio nã dictm̃ ẽ supra ꝗ supi⁹ ẽ
idẽ cũ suo inferiori. mõ ẽ dubiũ vtꝝ
inferius sit idẽ cũ suo supiori forã-
liter. Ad hoc breuiter dr̃ ꝗ nõ. ꝛ rõ
hui⁹ ẽ q2 illa q̃ sunt idẽ forãl'r vnũ
ptr̃ de altero in p°° ꝺðĩ ꝑse: s3 in-
ferius ñ ptr̃ de suo supiori in p° mõ
ꝺðĩ ꝑse. g° ñ ẽ idẽ iferi⁹ cũ suo supi-
ori. Secũda rõ ẽ ista nã illa q̃ ita
se hñt ꝗ vnũ ñ ẽ diffi° nec ꝑs diffini-
tiõis alteri⁹ illa talia forãl'r distin-
gunt' h° p3. ꝑ oẽs forãlizãtes. S3 i-
feri⁹ ñ ẽ diffi° nec ꝑs diffinitõis su-
ꝑioris. g° ꝛc. Secũdũ dubiũ ẽ istð
vtꝝ dr̃a sit idẽ forãliter cũ suo gnẽ
ꝛ dico ꝗ ñ vt p3. ꝑ istas met rõnes
positas i prima dubitatiõe. s. vtꝝ i-
feri⁹ sit de eẽntia supioris. Tercio
dubitat' cũ eadẽ res hẽat vnã ꝛ eað
eẽntiã ꝛ q̃ditatẽ quõ h3 plures di-
stinctiõs Ad h° rñdeo ꝛ dico ꝗ sm̃
ꝗ q̃ditas diuersimode mou3 itellec-
tũ s3 hoc cãnt' diuerse distictiones.

distinctio quid sit in sequenti vide.

Et rō hui⁹ est qꝛ distinctio ē sermo significans q̄ditatē aprehensā ab itellectu. V.g. nos videm⁹ ꝙ idem spaciū est a sursū in deorsū: ꝛ a deorsuȝ in sursuȝ. Unde ẜȝ ꝙ intellect⁹ ꝯsiderat deorsū ꝛ sursū ē ista distinctio ꝛ istud dicit Ari. Tercio phi. vbi ait. ꝙ cadē distantia est a sursū in deorsuȝ: ꝛ econuerso: ẜȝ nō est ibi idē distare. Quarto dubitat᷑ vtꝝ indiuidua eiusdē spēi sint ideȝ forāliter ꝛ videt᷑ ꝙ nō: qꝛ tunc essent idē realiter: vt pȝ p supius dicta in oppositū. arguo sic. Nā illa sunt ideȝ formaliter q̄bus debet᷑ eadeȝ rō q̄ditatiua ꝛ vltimata: sed ista sunt huiusmodi. ergo sunt ideȝ formaliter. Soluo ꝛ dico ꝙ ista sunt ideȝ forl'r vt habet᷑ in ꝯflato. Et ad rationem q̄ñ dicebat᷑ ꝙ essent ideȝ realiter. dico ꝙ tua rō ꝯcluder᷑ si cēnt idē fōmaliter ꝙ vnuȝ ꝯcluderet᷑ de alio i p⁹ mō dd̄i pse ꝛ de illis itelligunt᷑ supius dicta. Et si aliq̄s diceret valet iste modus arguēdi. s. sunt non idem formaliter ergo distincta formaliter. Rerspondet᷑ ꝙ non qꝛ añs potest esse veꝝ ꝯñte existente falso. Naȝ modus intrinsecus ꝛ illius cuius est modus intrinsecus sunt non idem formaliter ꝛ tamen non sunt distincta formaliter ꝛ causa est qꝛ distinctio formalis cadit inter formalitateȝ ꝛ formalitatem. modus auteȝ non est formalitas. Et hoc ꝺ tercia distinctione.

n **Unc auteȝ est videndū de distinctione reali ꝓ** quo primū videndū est quid ipa sit Et dico ꝙ illa distinguntur realiter cuius extrema distincta sunt res positiue ita ꝙ vnum. de altero non predicatur abstractiue: quorū existentia vnius potest esse sine existentia alterius. vt quorum vna res originatur ab alia Notanter dico cuius extrema distincta sunt res positiue ad remouendum entia racionis inter que non ponitur distinctio realis. Unde notanter dico ꝙ vnum de altero abstractiue non potest predicari: quia si vnum de altero abstractiue predicetur tunc esset idem realiter cum ipso Et dico quorum existentia vnius potest esse sine existentia alterius ad remouendum illa que sic se habent ꝙ existētia vnius non potest esse sine existētia alterius vel ꝙ vnum dependet ab altero vt substātia ꝛ accidens: materia ꝛ forma. Uidendum est modo ꝙ distinctio realis potest accipi dupliciter. s. ꝙ quedam distinguntur sicut res ꝛ res: ꝛ sūt illa in q̄b⁹ distincta se habent sicut res ꝛ res: ꝛ de ista habet verum ꝙ existentia vnius potest esse sine existentia alterius Alia est distinctio realis ꝛ est illa qua distincta se habēt sicut rei ꝛ rei ꝛ non sicut res ꝛ res: ꝛ isto modo distinguntur materia ꝛ forā sbā ꝛ accidens. Si forte diceres quō cognoscam ego quid sit res: ꝛ quid aliq̄d rei ecce do tibi aliquas regulas quibus mediantibus poteris cognoscere euidenter. Regule ad discernendum res et aliquid rei. Prima regula est ꝙ duo indiuidua quoruȝ q̄dl̄ȝ potest per se existere sine alio. q̄dl̄ȝ eoꝝ est res vt sor. ꝛ pla. Secūda rgl'a est ꝙ duo in diuidua quoꝝ vnū pōt pse exister᷑ sñ alio ẜȝ nāȝ ꝛ nō ꝯuerso q̄dl̄ȝ eoꝝ ē res sicut accidens ꝛ sbm: fundamentū ꝛ relatio. Tercia regula est ꝙ quando aliq̄ includuntur in aliquo i primo mō dicendi perse vel in secundo modo q̄dl̄ȝ eoꝝ est aliquid rei ꝛ non res: sed ipsum simul totum est res. Ex hoc infero ꝙ inter hominem ꝛ animal non est distinctio realis: q̄ᵭ pȝ

sic nam distintio realis cadit inter rem ꝛ rez: modo animal non est res respectu hominis sed aliquid rei. Ulterius nō quot modis investigatur distinctio realis: Et breuiter dico ꝙ quatuor modis. Primo via originis: ꝛ isto modo inuestigauit Augustinus inter patrez ꝛ filium in diuinis. Naz pater generat. filius generatur ergo distinctio realis inter ista. tenet ꝑ illaz maximam Augustinum. d. in pᵒ de trinitate ꝙ nihil est qd se ipsum gignat. Secūdo modo via generationis. Naz si vnum generatur reliquum vero nō illa realiter distinguntur. ꝛ isto mō inuestigamus inter materiam ꝛ formam. Nam forma generatur materia vero non: qꝛ est ingenerabil ꝛ incorruptibilis: ex primo phi. Tercio via corruptionis: ꝛ hoc sic: naz quando aliqua sic se habent ꝙ vnū corrumpitur reliquum vero non illa realiter distiguntur. ꝛ isto modo inuestigatur inter relationem ꝛ fūdamentum: accidens ꝛ subiectum: nam relatio corrumpitur manente fundamento: vt patet intuenti. Sz diceres ex quo illa sunt corrupta ē distinctio inter illa. Dico ꝙ non. nam distinctio realis duo extrema requirit in actu. Quarto via separationis Nā quando aliqua sic se habent ꝙ seperata existunt vel possunt existere illa realiter distinguntur. vt sor. ꝛ plato. Ulterius nō ꝙ ista se habent sicut superius ꝛ inferius. s. seperatio ꝛ distinctio realis. Nā bene sequitur sunt sepata. ergo realiter distincta que tamē est contra multos: non tamen multuz intellectu vigentes: sed solum ponentes distinctionem realem habent enim ꝯcedere ꝙ sbā ꝛ accid ēs sint idem realiter: ꝛ totum ꝛ sua ps integralis. Sed non est mirū. Qm dato vno in ꝯuenienti plura sequūtur ex primo phisicorum Circa qd sciendum est de inclusione ꝛ dico ꝙ inclusio ad pñs est duplex. Nam quedam est idemptica vel essentialis ꝛ quedam formalis. Illa inclusio dicitur esse identica vel essentialis qñ do aliqua sic se habent ꝙ vnum includit aliud essentialiter: ꝛ econtrario. sicut patet in diuinis. Ubi essētia diuina includit essentialiter qd libet attributum: ꝛ quodlibet attributum includit diuinam essentiam Uel quando aliqua duo in aliquo tercio essentiatialiter. conueniunt ꝛ includuntur sicut proprie passiones in sbō: ꝛ etiam omnes passiones anime in anima: licet enim omnes passiones anime in anima includantur: tamē vna non includit aliam. ꝛ nō ꝙ hic sumitur inclusio essentialis pro vt distinguitur ꝯ formalem inclusionem ꝛ sic idem est inclusio essentialis ꝙ realis. pro vt hic sumitur. Sed illa inclusio dicitur esse formalis: quando vnum includitur in sua ratione formali siue diffinitione proprie ꝛ simpliciter dicta. Siue quando vnum inest alteri in primo modo dicendi per se quemadmodum materia ꝛ forma includuntur in composito ꝛ genus ꝛ differentia in specie. Ad euidentiā predictoꝝ qꝛ in diffinitione fuit facta mentio de vltimata abstractione est notanduz ꝙ vltimata abstractio est quando aliquid abstrahitur ab omni eo quod in eius ratione q̇dditatiua siue diffinitione simpliciter dicta nulloᵒ includitur. Dico autem propria ꝛ simpliciter dicta propter diffinitionem accidentium in qua sbm̄ includitur secundū doctrinaz Ari. vij. metha. que quidez diffinitio non est diffinitio proprie dicta secundum eum: sed est diffini-

munia Nomina essẽcialia sunt ista
que sic sunt propria essentie quod si per
impossibile essentia diuina distingue
retur a personis ipsa sic dicerentur
de essentia quod non dicerẽtur de perso
nis. Et istorum quedam sunt substanci
alia vt essentia:deitas:et his simi-
lia Aliqua vero accidentalia vt co
municabile in comunicabile:et his
similia:et aliqua numeralia vt tri-
nitas. Nomina vero personalia sunt
que dicto casu retento.scilicet quod essentia
distingueretur a personis: quod est
impossibile.dicerentur de personis
quod dicerentur de essentia cuius
modi sunt ista.scilicet persona: supposi-
tum:ypostasis:pater filius: et spiri
tus sanctus:et istorum quedam di-
cũtur de omnibus personis:vt per-
sona:suppositum et ypostasis. Que
dam vero de vno tantum vt pater de pa
tre:filius de filio : et spiritus sanc-
tus de spiritu sancto: et istorum ab
stracta dicuntur proprietates per-
sonales cuiusmodi sũt paternitas:
filiatio:spiratio passiua:et his simi
lia. Nomina nocionalia dicuntur
personarum distinctiua inter se vt
generans spirans procedens et cor
verbalia:vt generatio spiratio pro
cessio:que etiam dicuntur relatiua
et quedam istorum dicuntur nocio-
nes vnius persone tamen vt gene-
rat actiue est nocio et proprietas
patris:generari filij spirari vel pro
duci Spiritus sancti ¶ Dicitur au-
tem nocio a nosco noscis noscere:
quia per nomina nocionalia vna persona
sona distinguitur ab alia:et consti-
tuitur distincta ab alia vt per hoc
nomen generans constituitur et no
scitur persona patris: et per hoc nomen
genitus constituitur et noscitur persona filij:
et per istud nomen procedẽs noscitur di
stincte persona Spiritus Sancti
a patre et filio : et per istud nomen

spirans noscuntur distincte perso-
ne patris et filij a persona spiritus
sancti. Nomina comunia sunt que
predicto casu retento licet impossi
bile sit q essentia distingueretur a
personis dicuntur tam de persona
quam de essentia cuiusmodi sunt
Ens:res:entitas deus creator et hiis
similia:et ista adiectiua omnipotens
eternus immensus et huiusmodi.

¶ Dubium est vtrum aliqua predi
ctorum nominum sint inter essentia
lia computanda. Sed pro solutione
huius dubij sunt notande alique pro
positiones quarum prima talis est q
nullum verbum nocionale propriu
vni persone vel duabus personis ve
rificatur de aliquo nomine essentia
li proprie:nam hec est falsa videli-
cet essentia generat:similiter deitas
generat:et sic de alijs Nam nomen
nocionale est relatiuum. Relatio
autem in diuinis respicit personas
essenciale non reffert vt sic et vt sic
non respicit personas. et ista videtur
esse intentio magistri libro primo di
stin.iiij.hec tamen est vera diuini-
tas est generatio ¶ Secunda pro-
positio est q nomina numeralia non
verificantur de aliqua persona in
numero singulari sumpta probatur
sic Nam hec est falsa pater est tri-
nus similiter ista pater vel filius est
trinitas. Similiter ista suppositum
est trinitas:vel persona est trinitas
ergo h propositio vera. vnde notanter dicitur i
numero singulari quoniam in plurari bene
possunt. Vnde bene dicitur pater et filius et spiritus
sanctus sunt tria supposita vel tri
nitas. ¶ Tercia propositio est noia substantia
essentialia verificantur de quolibet noie
psonali et eius pprietate. h p3. Nam
iste sunt vere. pater est essentia pater trinitas est
essentia: filius est deitas : spiritus sanctus
est deitas:ergo talis propositio vera ¶ Quar
ta propositio est q noia essentialia adiec-
tiua dicuntur vere de essentia et non
de aliqua persona vel nomine pso-
nali. p3 hoc. Nam hec est vera essen
cia dei est comunicabilis : et non ista
pater est comunicabilis: Vnde nota
q essentia comunicabile:et non essen
tia comunicabile in diuinis in sen-
su in quo theologi concedunt non
sunt aliquo modo predicata contraria:quia
dicuntur in habitudine vel respectu
diuersorum respectu essentie et respec-
tu personarum tamen eadem essen-
cia est comunicabilis tribus perso-
nis quia sic competit psone patris : quod
non competit alteri persone.

¶ Quinta propositio q ista nomina i
nascibilitas:in genitas et similia non
sunt proprie notiones alicui. p3. nam
dicuntur de essentia ¶ Sexta propositio
est q nomina essentialia dicuntur ve-
re de omnibus psonis vel nomini-
bus comunibus: verbi gratia deus est tri-
nitas ¶ Septima propositio est q no
men psonale aliquando est nomen iposta-
sis:aliquando est nomen a pprietate. primo
modo pater dicit psonam que h3 filium
secundo pater dicit filium generare. primo
modo nomen psonale pdicatur de essen
tia s3 non secundo. Et ideo propositio pot sic for-
mari. s. si nomen psonale sit nomen
a pprietate non pot predicari de
nomine essentiali. Vnde hec est falsa
essentia est pater. Nam pater suppo
nit pprietatem. tamen pro vt pater
dicit psonam que h3 filium ista est ve
ra essentia est pater ¶ Octaua propositio est
ista q noia psonalia verificantur de
noibus coibus:et econtra. Vnde hec est
vera aliquis res est pater:pater est res:filius
est ens. et his similia ¶ Nona regula
siue propositio est q noia psonalia nociona
lia essentialia sine coia possunt dici de se inui
cem conuertibiliter pdicatione idemptita
ca.l3 non formali hoc p3. Nam iste
sunt vere pdicationes. v3. pater est
idem q filius et filius est id quod pater.

Nam ista est falsa pater est filius :
⁊ sic de alijs Ex quo infero ꝙ ista
ꝯña non est formalis.s.a.est idē ꝙ
b. ergo.a.est.b. Nec sequitur pater
est id vel idem ꝙ filius. ergo pater
est filius.hoc pa3.na3 li id vel ide3
denotat essentiam ⁊c̄. Decima pro
positio est ista ꝙ omne nomen pur̄
essentiale predicat̄ de quol3 psona
li ⁊ de omnibus in simul in singu/
lari ⁊ non in plurari vt dicendo pa
ter est essentia:filius ē essentia:spi/
ritus sanctus est essentia: ⁊ hi tres
sunt vna essentia ⁊ vna deitas ⁊ ñ
tres essentie. Vndecima pᵒ est ꝙ
nomina substancialia dñr de omni
bus suppositis simul sumptis sin/
gulariter ⁊ non plurariter vt dc̄do
tres psone sunt vna res vel plures
psone sunt vnum ens vnum.s.refe/
rendo ad essentiam ⁊ ly tres ad p/
sonas. Duodecima pᵒ est ꝙ nomi/
na comunia adiectiua.dñr dequol3
nomine:⁊ de quol3 singulariter ⁊
non plurariter:vt dc̄do pater ē vnꝰ
deus:filius est vnus deus : spiritus
sanctus est vnus deus Et pater ⁊
filius ⁊ spiritus sanctus sunt vnus
deus ⁊ non tres dij. Similirer pa/
ter est eternus:filius ē eternus. spi
ritus sanctus est eternus:⁊ hij tres
sunt vnus eternus:vnus in mensus
vnus omnipotens ⁊ non tres om/
nipotentes:nec tres eterni.nec tres
immensi. Notandum autem pro d
claratione none regule seu proposi
tionis ꝙ predicatio indiuinis ē tri
plex. Nam quedam est idemptica.
alia vero formalis vel personalis.
Predicatio idemptica est quando
subiectum ⁊ predicatum supponūt
pro eadem re idest essentia : ⁊ tunc
nomina nocionalia personalia essē
tialia de se inuicem predicantur ⁊
conuertibiliter:vt dc̄do pater ē ide3
ꝙ filius : ⁊ filius est idem ꝙ pater

pdicatio in diuinis idemptica formalis

generare est ide3 quod generari ⁊ e
cōuerso.⁊ sic de alijs predicatio vō
formalis vel personalis est quando
subiectum vel predicatum suppo/
nunt pro eade3 re ⁊ sub propria ra
tione formali vel quando subiectū
⁊ predicatum supponunt pro per/
sona vt hic pater est filius.⁊ de ta/
li predicatione non intelligitur re/
gula.sed ꝙ nomina nocionalia per
sonalia ⁊ essentialia de se inuicem
predicantur conuertibiliter q2 ma
le dicitur pater est filius:nec filius
est pater.⁊ sic de alijs. Tamen nō
ꝙ ista propositio scilicet pater est
filius cum alicui proponitur po/
test distingui:quia vel subiectum ⁊
predicatum supponunt pro essen/
tia.⁊ sic est vera. Na3 sensus est ꝙ
filius est eadem res que pater: ⁊ pa
ter eadem res que filius: ⁊ hoc ve/
rum est.nam essentia diuina est in
omnibus vna. Si autem subiectu3
⁊ predicatum supponant pro per/
sona sic talis pᵒ est falsa:vel tales
propositiones sunt false. Nam tūc
est sensus ꝙ psona que est pater est
psona que est filius. ⁊ sic de ista dr̄
huic mō pōt dici de omnibus simi/
libus in quibus est predicatio for/
malis vel personalis.⁊ sic est finis
huius breuis tractatus.

In hoc volumine continentur
Tria Andree principia ordinis mi
norum. Expositio Francisci mai
ronis super octo Physicoꝝ aristo
telis libros. Eiusdem Francisci
formalitatum tracatus. Eiusdē
tractatus de principio complexo.
Tractatus de terminis theologicis
Correpta per venerabilem Magi/
strum Petrum malferam ordinis
minorum sacre thologie doctore3.

Incipit tractatus de ente ⁊ es/
sentia sancti Thome de aqno.

Via paruus error
in pn° magnus est in
fine ẜz phũz p° celi ⁊
mundi. Ens aũt ⁊ essen
cia sunt que p° in in/
tellectu ↄcipiunt᷑. vt dicit Auic. in
sua metha. Ideo p⁹ ne ex eoꝝ ignorã
tia errare ↄtingat: ad hoꝝ difficul/
tatē apiendã dicendũ est qd noīe
eẽntie ⁊ ẽtis significet᷑. ⁊ quo° indi
uersis iueniunt᷑. ⁊ quo° se habeant
ad intentiões loicas. s. gen⁹. spẽs ⁊
drãs. qꝛ vero ex ↄpositis cognitio/
nē simpliciũ accipe debe⁹. ⁊ ex po
sterioribus deuenire in priora vt a
faciliorib⁹ icipientes ↄuenientiõ
fiat disciplina. Ideo ex significatiõe
ẽtis ad significatõz eẽntie ꝓceden
dum est.

Cap. pri. qd significat ens i eẽntia

Diendũ est ꝙ sicut i. v. met.
phũs dicit ens ꝑse dr̃ dupl'r
vno° ꝙ diuidit᷑ ꝑ .x. genera.
Alio° ꝙ significat ꝓpositionũ ve
ritatē. Hoꝝ aũt drã est. qꝛ ẜo° p̃t di
ci ens illud de quo affirmatiua ꝓpõ
formari p̃t. ẽt si illud in re nihil po
nat ꝑ quē modũ priuatiões ⁊ ne
gatiões entia dicunt᷑. Dicimus. n.
ꝙ affir° est opposita negatiõi. ⁊ ꝙ
cecitas est in oclo. sz p°° non p̃t di
ci aliqd ꝙ sit ens nisi ꝙ in re aliqd
ponat. vnde p°° cecitas ⁊ h⁹ nõ sũt
entia. Nomen igit᷑ essentie non su/
mit᷑ ab ente ẜo° dctõ. aliqua. n. di/
cunt᷑ hoc° que essentiã non habẽt
vt ĩ in priuationib⁹. sz sumit᷑ essen/
tia ab ente p° mõ dctõ. vnde comẽ.
in eodē loco dicit ꝙ ens p° modo
dictũ est qḋ significat essentiã rei.
Et qꝛ vt dictum est ens h mõ dictũ
diuidit᷑ ꝑ .x. genera oꝫ ꝙ essentia si
gnificet aliquid comune omnibus
naturis. per quas diuersa entia in
diuersis generibus ⁊ speciebus col/
locantur. sicut humanitas est essen
cia hominis ⁊ sic ꝺ alijs. Et qꝛ illḋ
per quod res constituitur in pro/
prio genere vel specie ẽ quod signi/
fica ẽ per diffinitionem indicantẽ
ꝙ quidest res. Inde est ꝙ nomen es
sentie a phis in nomen quiditatis
mutat᷑. ⁊ hoc est ꝙ phũs. vij. meta.
frequenter nominat ꝙquideratesse
idest h per quod aliquid habet esse
quid. dicitur. forma secundum ꝙ ꝑ
formam sigificatur ꝑfectio vel cer
titudo vniusc⁹qꝫ rei. vt dicit Auic.
in secundo metha. sue. h° enim alio
nomine natura dicit᷑ acipiendo na/
turam secundum primum modum
illorum. quatuor modoꝝ quos Bo
etius de duabus naturis asignat se
cundum. s. ꝙ natura dicitur esse il/
lud quod quocunque modo intellec
tu capi potest. non enim res intelli
gibilis est nisi per suã diffinitionẽ
⁊ essentiam. ⁊ sic etiam dicit phũs
v. metha. ꝙ omnis substantia ẽ nã
Nomen autem nature hoc modo
sumpte videt᷑ significare eẽntiã rei
secundum ꝙ habet ordinem ad pro
priam operationem rei. cum nulla
res propria destituatur operatione
quiditatis vero nomen sumitur ex
hoc ꝙ per diffinitionem significat᷑.
Sed essentia dicitur secundum ꝙ ꝑ
eam ⁊ in ea habet esse.

Capitulum secundum quomodo sũ
matur essentia in compositis ex ma
teria ⁊ forma.

Sed qꝛ ens absolute ⁊ p° pri
us dicitur de substantijs ⁊ ꝑ
posterius ⁊ secundum quid
de accidentibus. Inde est ꝙ essen/
tia proprie ⁊ vere est in subijs. sed i
accidentibus est quodam modo ẜm
qd. Sbãꝝ vero quedã sũt simplices

τ queda3 composite. τ in vtrisque est essentia. sed in simplicibus veriori τ nobiliori modo. secundum q̄ et ꝙ habent esse nobilius. sunt etiam causa esse eorum que composita sūt ad minus substantia prima τ simplex que deus est. sed q2 illarum substantiarum essentie sunt nobis magis occulte. ideo ab ēentijs cōpositorum incipiendum est vt a faciliori bus conuenientior fiat disciplina In substantijs igitur compositis forma τ materia nota sunt. vt i homine. anima τ corpus. non autem potest dici ꝙ alterum eorum tantum essentia dicatur esse. ꝙ enim materia rei sola non sit essentia planū est. q2 res per suam essentia3 cognoscibilis est τ in specie ordinatur vel in genere. materia autem non est cognitionis principium. nec secundū eam ad speciem vel ad genus determinatur. sed secundum id solum ꝙ in actu aliquid est. neque etiam forma tantum. substantie composite essentia dici potest. quamuis quidā hō asserere conentur. Ex his igitur que dicta sunt patet ꝙ essentia est id quod per diffinitionem rei significatur. Diffinitio autem substanciarum naturalium non tantum fōmam continet. sed etiam materiam aliter enim diffinitiones naturales τ mathematice non differrent. nec etiam potest dici ꝙ materia in diffinitione substantie naturalis ponat̄ sicut additum essentie eius vel ens extra naturam vel essentiam eius. q2 hic modus proprius est accidentibus que essentiam perfectam non habent. vnde oportet ꝙ in diffinitione sua substantiam vel subiectum recipiant quod est extra genus eorum patet ergo ꝙ essentia comprehendit materiam τ formā. non etia3 p̄t dici ꝙ essentia significet relatione3 que est inter materiam τ formam. vel aliquid super additum illis q2 hoc de necessitate esset accidens extraneum a re nec per ea3 res cognosceretur. que omnia essentie conueniūt. per formā. n. que est actus materie materia efficit ens actu τ hoc aliqd vn̄ illud quod sup aduenit non dat esse actu simpliciter materie. sed eē actu tale sicut accidentia faciunt. vt a3o facit actu album. vnde τ qn talis forma acquiritur non dicitur generari simpliciter. sed secundum quid. Relinquitur igitur quod nomen eēntie in substantijs compositis significat illud quod est ex materia τ forma compositu3. Et huic consonat verbū Boetij in commento predicamentorum. vbi dicit ꝙ vsya significat compositu3. vsya. n. apud grecos idem est ꝙ essentia apud nos vt ipsemet dicit in libro de duabus naturis. Auic. autem dicit ꝙ quiditas substantiarum compositarum est ipsa compositio forme τ materie. Comen. etiam dicit super vij. metha. Natura quam habent species in rebus generabilibus est aliquod medium id est compositum ex materia τ forma. hec etiam ratio concordat quia esse substantie composite non est tantum forme: nec tantu3 materie. sed ipsius compositi. Essentia autem est secundu3 quam res dicitur esse. vnde oportet ꝙ essentia qua res denominatur ens non tantum sit forma: nec tantum materia. sed vtrunque. quamuis huiusmodi esse suo modo sola forma sit causa. Sic enim in alijs videmus que ex pluribus principijs constituuntur ꝙ res non denominantur ex altero illorum principiorum tātum. sed ab eo quod vtrunque complectitur vt3 in saporibus. quia ex actione cali digerentis humidum

causantur dulcedo. et quamuis hoc modo calor sit causa dulcedinis. tamen non denominatur corpus dulce ex calore sed a sapore. quod calidum et humidum complectitur.

s Ed quia indiuiduationis principium est materia. ex hoc forte videretur sequi quod essentia que materiam complectitur in se simul et formam. sit tantum particularis et non vniuersalis. Ex quo sequeretur vniuersalia diffinitionem non habere si essentia est id quod per diffinitionem significatur. Et ideo sciendum est quod materia non quolibet modo accepta est principium indiuiduationis. sed solum materia signata. et dico materiam signatam que sub certis dimensionibus consideratur Hec autem materia in diffinitione hominis inquantum homo non ponitur. sed poneretur in diffinitione socratis. si Socrates diffinitionem haberet. ¶ In diffinitione autem hominis ponitur materia non signata. non enim in diffinitione hominis ponitur hoc os et hec caro. sed os et caro absolute. que sunt materia hominis non signata. patet ergo quod essentia hominis et Socratis non differunt nisi secundum signatum. et non signatum vnde comen. dicit super. vij. Metha. quod soc. nihil aliud est quam animalitas et rationalitas que sunt quiditas eius. sicut etiam essentia generis et essentia speciei secundum signatum et non signatum differunt quamuis alius modus designationis sit vtrobique. quia designatio indiuidui respectu spei est per materiam determinatam dimensionibus. designatio autem speciei respectu generis est per differentiam constitutiuam que ex forma rei sumitur. hec autem determinatio vel designatio que est in specie respectu generis non est per aliquid in essentia speciei existens quod nullo modo in essentia generis sit. immo quicquid est in specie est etiam in genere. vt non determinatum. si enim anima non esset totum quod est homo. sed pars eius non predicaretur de eo. cum nulla pars intelligibilis predicetur de suo toto. hoc autem quomodo contingat videri potest si inspiciatur qualiter differt corpus. secundum quod ponitur pars animalis. et secundum quod ponitur genus. Non enim potest dici eo modo esse genus quo est pars integralis. hoc igitur nomen quod est corpus multipliciter accipi potest. Corpus enim secundum quod est in predicamento substantie dicitur ex eo quod habet talem naturam vt in eo designari possint tres dimensiones. Ipse autem tres dimensiones designate sunt corpus quod est in genere quantitatis. ¶ Contingit autem in rebus vt quod habet vnam perfectionem ad vlteriorem etiam perfectionem pertingat. sicut patet in homine. qui et naturam sensitiuam habet et vlterius intellectiuam Similiter etiam et super hanc perfectionem que est habere talem formam vt in ea possint tres dimensiones designari pot alia perfectio adiungi vt vita vel aliquid huiusmodi. Potest ergo hoc nomen corpus designare rem quandam que habet talem formam ex qua sequitur in ipsa designabilitas trium dimensionum cum precisione vt. s. ex illa forma nulla vlterior perfectio sequatur. sed si aliquid aliud superadditur sit preter significationem corporis. et hoc modo corpus erit materialis et integralis pars animalis quia sic anima erit preter id quod significatum est nomine corporis et superueniens ipsi corpori.

ita q ex ipsis duob9.s. ex aia et corpore. sicut ex ptibus ostituitur aial pt et h9 nomen corp9 h9o accipi vt significet rez qzdã que hz tlez formã ex qua possint in ea re tres dimensiones designari quecunqz forma sit illa siue ex ea possit pueniri alia vlterior pfectio siue non. et h9 mõ corpus erit gen9 aialis. qz in aiali nil est accipe q in corpore iplicite non otineat. nõ.n. aia est aliq forma ab illa p quã in re ista potuerunt designari tres dimensiones. et iõ cuz dicebat q corpus est qd hz talẽ forãz ex qua possunt designari tres dimẽsiones in eo intelligebã quecunqz forma esset ista siue aia esset siue lapideitas. siue quecunqz aliq forma et sicut forma aialis implicite i corpore siue in coris forma cõtinet p vt corpus ẽ g9 eius. et ẽt talis ẽ habitudo aialis ad hominem. si .n. al nominaret tantuz rez talez que hz qzdaz pfectionez vt possit sentire et moueri p principiuz in ipso existẽs cum preci sione alterius perfectionis. tunc quecunqz alia pfectio vlterior supueniret haberet se ad aial per modum partis et non sicut implicite contenta in ratione animal et sic al non esset ge9 sed ẽ ge9 secundum q significat rem quandam ex cuius forma potest prouenire sensus et motus quecunqz sit illa forã siue sit anima sensibilis tantum siue sit anima sensibilis et rationalis simul. sic igitur ge9 significat indeterminate id totũ quod est in spẽ non enim significat tantum materiam. similiter etiaz differentia significat id totum quod est in spẽ. et non tantum formam. et etiam diffinitio significat totum. et etiam species. sed diuersimode. quia genus significat totum vt quedam denominatio determinans id q ẽ materiale in re sine determinatiõe proprie forme. vnde genus. sumitur a materia quamuis nõ sit materia. vtz ex hoc q corpus dicitur ex hoc q habet talem perfectionem vt possint in ea designari tres dimensiones. qua quidem perfectio est materialiter se habens ad vltiorem perfectionem Differentia vero econuerso est sicut quedaz denominatio a forma determinata sumpta preter hoc q de intellectu eius p9sit materia determinata. vtz cum dicitur animatum scilicet illud quod habet animam non enim determinatur quid sit. vtrum corpus vel aliquid aliud vnde dicit Aui. q genus non est in differentia sicut pars essentie eius. sed solum sicut ens extra animam siue essentiam. sicut etiam subiectũ est de intellectu passionum. et ideo genus non predicatur de differentia perse loquendo vt dicit Aristo. tercio metha. et .iiij. topicoruz. nisi forte sicut subiectum predicatur d passione sed diffinitio siue species comprehendit vtrunque scilicet determinatam materiam quam designat nomẽ generis. et determinatam formam quam designat nomẽ differentie Et ex hoc patet ratio quare genus et species et differentia se habent proportionaliter ad materiam formam et compositum in natura quamuis non sint idem cuz illa. quia neque genus est materia sed sumitur a materia vt significat totum. vnde dicimus hominem esse animal rationale. et non ex anima li et rationali. sicut dicimus eum esse ex corpore et aia. Ex corpore.n. et aia dr ẽe hõ sic ex duab9 reb9 qdaz tercia res ostituta que neutra illarum ẽ. hõ.n.nz ẽ aia nz corp9. sed si homo aliquomõ ex aiali et rõli dicat ẽe ñ erit sicut res tercia ex duab9 re

Auicen.

Arist.

bus sed sicut intellectus 3^9 ex duo/
bus intellectibus Intellectus eniʒ
animal est sine determinatione for
me specialis exprimens naturam
rei ab eo quod est materiale res/
pectu vltime perfectionis. In
tellectus autem huius differentie
rationalis consistit in determina/
tione forme specialis ex quibus du
obus intellectibus constituitur in/
tellectus speciei vel diffinitionis. ⁊
ideo sic res constituta ex aliquibus
non respicit predicationem earum
rerum ex quibus ɔstituitur. ita nec
intellectus recipit predicationem
eorum intellectuum ex quibus con
stituitur. non enim dicimus ꝙ diffi
nitio sit genus vel differentia. quã
uis autem genus significet totam
essentiam speciei. non tamen opor/
tet vt diuersarum specierum quarũ
est idem genus vt sit vna essen/
tia. quia vnitas generis ex ipsa in
determinatione vel in differentia ꝓ
cedit. non autem ita ꝙ id quod si/
gnificatur per genus sit vna natu
ra numero in diuersis speciebus cui
superueniat res alia que sit differẽ
tia determinans ipsuʒ. sicut forma
determinat materiam que est vna
numero. sed quia genus significat
aliquam formam non tamen deter
minate hanc vel illam quam deter
minate differentia exprimit que nõ
est alia quam illa que indetermina
te significabatur per genus. Et
ideo dicit comen. in secundo meta.
ꝙ materia prima dicitur vna per
remotionem omnium formarum. sʒ
genus dicitur vnum per cõitatem
forme signate. vnde patet ꝙ per ad
ditionem differentie remota illa in
determinatione que erat causa vni
tatis generis remanent species di/
uerse per essentiam. ⁊ quia vt dictũ
est natura speciei est indetermina/
ta respectu indiuidui. sicut natura
generis respectu speciei. Inde ẽ ꝙ
sicut id quod est genus prout pre/
dicatur de specie implicat in sua si/
gnificatione quamuis indistincte
totum id quod determinate est in
specie. ita etiam id quod est species
secundum quod predicatur de indi
uiduo oportet ꝙ significet totum
quod essentialiter est i indiuiduo li
cet indistincte ⁊ hoc modo essentia
speciei significatur nomine homi/
nis. vnde homo de sorte predicatur
Si autem significetur natura spe/
ciei cum precisione materie signa/
te que est principium indiuiduatio
nis sic se habebit per modum par/
tis. ⁊ hoc modo significatur nomi/
ne humanitatis. humanitas enim
significat id vnde homo est homo.
materia autem designata non est
illud vnde homo ẽ homo. ⁊ ita nul
lo modo continetur inter illa ex q/
bus homo habet ꝙ sit homo. cum
igitur humanitas in suo intellectu
includat tantum ea ex quibus ho/
mo habet ꝙ sit homo. patet ꝙ assi/
gnatione eius excluditur vel presci
ditur materia determinata vel de/
signata. ⁊ quia pars non predica/
tur de toto. Inde est ꝙ humanitas
nec de homine nec de sor. predicat̃
vnde dicit Auic. ꝙ quiditas com/
positi non est ipsum compositũ cu
ius est quiditas. quamuis etiam ip/
sa quiditas sit composita sicut hu/
manitas. licet sit composita nõ ta/
men est homo. imo oportet ꝙ sit re
cepta in aliquo quod est materia ð
signata sed qꝛ vt dictuʒ est designa
tio speciei respectu generis est per
formam. Designatio autem indiui
dui respectu speciei est ꝑ materiam
ideo oʒ vt nomẽ significans id. vn
de natura generis sumitur cuʒ pre
cisiõe forme detiate ꝑficiẽtis spẽm

significet ꝑtē materialē totiꝰ sic cor/
pus est ꝑs mālis hoīs. nomen aūt ē
significans id vnde sūmit natura
spēī cū precisione materie designa
te signi ficat ꝑtē formalē. iō hūa
nitas significat vt forma quedā ⁊
dicit ꝙ est forma totius nō qdē q̄
supaddita ꝑtibus essentialibus. s.
mē ⁊ forē. sicut forā doꝰ supaddit ꝑ
tibus integralibus eius. sz magis ē
forā que est totū. s. formā ꝯplec/
tens ⁊ materiā cū precisione tñ eo
rū ꝑ que nata ē mā designari. Sic
igit ꝑz ꝙ essentiā hoīs significat
hoc nomē hō. ⁊ h nomē humanitas
sz diuersimōe vt dictū est. qꝛ h nōē
hō significat ea vt totū inq̄ztum.
s. non prescidit designationem mē
sed iplicite ꝯtinet eā ⁊ indistinc/
te sicut dictū est ꝙ genus ꝯtinet di
ferentiā. ⁊ iō predicat hoc nomen
hō de indiuiduis. Sz hoc nomē hu
manitas significat eā vt ꝑtē quia
nec ꝯtinet in significatione sua ni/
si id ꝙ est hoīs inq̄ztū hō. ⁊ presci
dit oēz designationē mē. vñ de i di
uiduis hoīs nō predicat. ⁊ ꝑꝑ hoc
q̄ñdoq̄ h nomē essentia inuenit pre
dicatū de re. Dr̄. n. socratis eē essen
tia quedam ⁊ q̄ñdoq̄ negatū sicut
dicimus ꝙ essentia soc. ñ ē. soc.

Cap. tercium.

(q)Uō se habeat essentia i
ꝯpositis ex mā ⁊ forā
ad naturā gñis spēī ⁊ differētie
Viso qd significet noīe essentie in
sbīis ꝯpositis. Vidēdū ē quō se ha
beat ad rōē generis. spēī ⁊ drē. qꝛ
aut cui ꝯuēit rō generis vel spēī vl
drē predicat de h singulari signifi
cato. īpossibile est ꝙ rō genēis vel
spēī vel drē ꝯueniat essentie ꝫ ꝙ ꝑ
modū ꝑtis significat vt noīe hūa
nitatis vel aīalitatis. iō ⁊ dic auic.

ꝙ rōalitas nō est drā sed drē princi
piū. ⁊ eadē rōe humanitas nō est
spēs nec aīalitas gꝰ. Silr̄ ēt nō ꝑt
dici ꝙ rō generis vel spēī vel drē ꝯ
ueniat essentie ꝫ ꝙ qst q̄dā res exi
stēs extra singl'ia vt pl'onici pone/
bāt. qꝛ sic geꝰ ⁊ spēs nō predicaren
tur de h indiuiduo. nō. n. ꝑt dici ꝙ
sortes sit h qđ ab eo sepatū ē nec
sepatū illud ꝓficeret in cognitiōe
hꝰ singl'ris signati. ⁊ iō relinqt ꝙ
rō generis vel spēī vel drē ꝯueniat
essentie ꝫ qđ significat ꝑ modū to
tius vt noīe hoīs vel al'is ꝓ vt ipli
cite ⁊ indisticte ꝯtinet totū h quod
in idiuiduo est. aut essentia sic ac/
cepta ꝑt dupl'r ꝯsi. vnoº ꝫ nāz vel
rōē ꝓpriā. ⁊ h est absol'ta ꝯsideraº
ipsius. ⁊ hº nl' est ver̄ de ea nisi ꝯue
niat sibi ꝫ ꝙ hꝰ mōi. vnde qcqd a
lior̄ attribuit sibi fl'a ē attributio
V. g. hōi in eo ꝙ ē hō ꝯuenit rōale
⁊ al' ⁊ alia q̄ in diffinitiōe eiꝰ cadūt
albū uel nigr̄ vel qcqd hꝰmōi qđ ñ
est de rōe hūanitatis nō ꝯuenit hōi
in eo qđ est hō. vñ si querat vtr̄ ista
natura sic ꝯstituta possit dici vna
vel plures. neutr̄ ꝯcedendū est. qꝛ
vtr̄q̄z ē extra intellectū hūanita/
tis. ⁊ vtr̄q̄z ꝑt sibi accidere. si enim
pl'itas esset de rōe eiꝰ nunq̄z posset
esse vna. cū tñ vna sit ꝫ ꝙ ē in sor.
silr̄ si vnitas esset de itellectu ⁊ rōe
eiꝰ. tūc eēt vna ⁊ eadē natura sor.
⁊ platōis. nec posset in pl'ibus pl'ifi
cari. alioº ꝯsi. ꝫ eē ꝙ hz in hꝰl' il
lo. ⁊ sic de ipsa predicat aliqd ꝑ ac
cidens rōe eius in quo ē. sicut dr̄ ꝙ
hō ē albus. qꝛ sor. ē albꝫ. q̄uis hōi
nō ꝯueniat in eo qđ ē hō. h āt natu
ra duplex hz esse. vnū in singl'ari/
bus. ⁊ aliud in aīa. ⁊ ꝫ vtr̄q̄ ꝯse/
quunt accidentia dictā naturā. ⁊
sic in singl'aribus hz multiplex esse
ꝫ diuersitatē singl'ariū. ⁊ tñ ipsi
nē ꝫ suā ꝓpriā ꝯsideratione. s.

absolutã vtrorum istorum esse debet. falsum enim est dicere q natura hois inquantum huius esse habeat in hoc singulari. si enim esset in hoc singulari conueniret hoi inquantum est ho non esset vnquam extra hoc singulare. similiter si conueniret homini inquantum est ho non esse in singulari nunquam esset in eo. sed verum est dicere q ho non inquantum est ho habet q sit in hoc singulari vel in illo aut in anima. patet ergo q natura hominis absolute considerata abstrahit a quolibet esse. ita tamen q non fiat precisio alicuius eorum. Et hec natura sic considerata est que predicatur de omnibus indiuiduis. non tamen potest dici q ratio vlis conueniat nature sic accepte. quia de ratione vlis est vnitas et communitas. nature autem humane neutrum eorum conuenit secundum suam absolutam considerationem. Si enim cõitas esset de intellectu hois. tunc in quocunque inueniretur humanitas inueniretur cõitas. et hoc est falsum quia in sor. non inuenitur cõitas aliqua. sed quicquid est in eo indiuiduatum est. similiter etiam non potest dici q ratio generis vel speciei accidat nature humane secundum illud esse quod habet in indiuiduis. quia non inuenitur in indiuiduis natura humana secundum vnitatem vt sit vnum quod conueniens cuilibet quod ratio vlis exigit. Relinquitur ergo q ratio speciei accidit nature humane secundum illud esse quod habet in intellectu. Ipsa enim natura habet esse in intellectu abstratum ab omnibus indiuiduantibus. et habet rationem vniformem ad omnia indiuidua que sunt extra animam prout essentialiter est similitudo omnium et inducens in cognitionem inquantum sunt homines. Et ex hoc q talem rationem habent ad omnia indiuidua intellectus adinuenit rationem speciei et attribuit sibi. vnde dicit comen. in primo de anima. q intellectus est qui facit vlitatem in rebus. hoc etiam auic. in

sua meta. dicit. et quamuis hec natura intellecta habeat rationem vniuersalis secundum q comparatur ad res que sunt extra animam quia est vna similitudo omnium. tamen secundum q habet esse in hoc intellectu vel in illo est species quedam intellecta particularis. et ideo patet defectus comen. in tercio de anima. qui voluit ex vniuersalitate forme intellecte vlitatem intellectus concludere. quia non est vniuersalitas illius forme secundum hoc esse quod habet in intellectu. sed secundum q ad res refertur vt similitudo rerum sicut etiam si esset vna statua corporea representans multos homines constat q illa imago vel species statue haberet esse singulare et proprium secundum q esset in hac materia. sed haberet rationem communitatis secundum q esset commune representatiuum plurium. Et quia nature humane secundum suam absolutam considerationem conuenit q predicatur de sor. et ratio speciei non conuenit sibi secundum snam absolutam scilicet humane nature considerationem. sed est de accidentibus que consequuntur ea scilicet secundum quidem esse quod habet in intellectu. Ideo nomen speciei non predicatur de sor. vt dicatur sor. est species. quod de necessitate accideret: si ratio speciei conueniret homini. secundum esse quod habet in sor. vel secundum suam absolutam considerationem scilicet in quantum est homo. quicquid enim conuenit homini in quantum est homo predicatur de sor. et tamen predicari conuenit generi per se cum in eius diffinitione ponatur. Predicatio enim est quoddam quod completur per actionem intellectus componentis et diuidentis habens

tamen fundamentuʒ in re ipsa vni tatem coꝝ quoꝝ vnum de altero di citur. vñ ratio predicabilitatis pt icludi in ratione huius intentionis que est gꝰ. que sũmitur ꝑ actionem intellectus ⁊ cõpletur. nihilominꝰ tamen id cui intellectus intentio/nem predicabilitatis attribuit cõ/ponens id cum altero non est ipsa intẽtio generis. sed potius id cui in tellectus intentõʒ generis attribu/it. sicut qð significatur hoc nomie animal. sic ergo pʒ qualiter essen/tia vel natura se hʒ ad rationẽ spẽi qꝛ rõ spẽi ñ ẽ de illis q̄ ꝯueniunt ei ẜʒ suaʒ absolutaʒ ꝯsideratiõnẽ/nʒ est de accidentibus que ꝯsecunt̃ spe cieʒ ẜʒ esse qð habet extra animam vt albedo vel nigredo. sed est de ac/cidentibus que ꝯsequunt̃ eaʒ ẜʒ cẽ qð hʒ i intellectu. Et ꝑ hũc moduʒ ꝯuenit sibi rõ generis vel differẽtie

Capitulum quartuʒ.

Quomodo essentia est in sbãijs separatis que sunt deus ⁊ angelus ⁊ anima.

Nunc restat videre ẜʒ quẽ modũ sit essentia in subiis sepatis. s. in a nima intelligentia ⁊ cã prima. quã uis autẽ cẽ prime simplicitatẽ oẽs ꝯcedant. tamen ꝯpationeʒ materie ⁊ forme in intelligẽtijs ⁊ in aia q/daʒ nitunt̃ ponere. Cuius põnis fu isse dicit̃ Auicebron auctor libri fõ tis vite. Haũt dictis phõꝝ repit̃ esse ꝯtrariuʒ. qꝛ eas sbãs a mã sepatas nominant ⁊ absqꝫ oi mã cẽ ꝓbant Cuius demõstꝰ potissia est ex virtu te intelligendi que in eis ẽ. Videʒꝰ n. forãs non esse itelligibiles in ac/tu nisi ẜʒ ꝙ separant̃ a mã ⁊ a ꝯdicti onibus eꝰ. nec efficiunt̃ intelligibi/les in actu nisi ꝑ virtutẽ sbẽ intel/ligentis ẜʒ ꝙ recipiunt̃ i ea ⁊ ẜʒ ꝙ agunt̃ ꝑ eaʒ. vnde oʒ ꝙ in qualibet sbã intelligente sit oiodo imuitas a mã. Ita ꝙ nʒ habeat mãʒ ꝑtẽ sui nʒ ẽt sit sicut forma impressa i mã vt est de formis mãlibus. nec aliqs ꝑt dicere ꝙ intelligibilitatẽ nõ im/pediat mã quelibet. sʒ mã corpora lis tantuʒ. Si. n. hoc esset ratione materie corporalis tantuʒ. cuʒ mã non dicatur corporalis nisi secun/duʒ ꝙ stat sub forma corporea. tũc oporteret ꝙ hoc haberet mã a forã corporali. s. impedire intelligibili/tateʒ. ⁊ hoc non põt esse. qꝛ ⁊ ipsa forma corporalis actu intelligibi/lis est. sicut ⁊ alie forme ẜʒ ꝙ a mã abstr[a]huntur. vnde in aia intellec/tiua ⁊ in intelligentia nullo modo est compõ ex materia ⁊ forma vt hᵃ modo accipiatur mã in eis sicut in sbiis corporalibus. sed est ibi ꝯpoᵃ forme ⁊ esse. vnde in comẽ. ix. ꝓpõ nis libri de cãis dicit̃ ꝙ intelligen/tia est habens formaʒ ⁊ esse. ⁊ acci pitur ibi forma ꝓ ipsa q̄ditate vel nᵒ simplici. ⁊ quomodo hoc sit pla num est videre. Quecunqꝫ. n. ita se habent adinuiceʒ ꝙ vnuʒ est causa esse alterius illud qð hʒ rationẽ cẽ ꝑt habere esse sine altero sed non ꝯ uertit̃. talis auteʒ inuenit̃ habitu/do materie ⁊ forme ꝙ forma dat es se materie. ⁊ ideo impossibile est cẽ materiaʒ sine aliqua forma. tamẽ non est impossibile esse aliq̄ʒ formã sine materia. forma. n. nõ hʒ in eo ꝙ forma dependentiã ad mãʒ. sʒ si inueniant̃ alique forme que nõ pos sunt esse nisi in materia hoc accidit eis ẜʒ ꝙ sunt distantes a primo pri cipio ꝙ est actꝰ priꝰ. ⁊ purus. vnde ille forme que sunt ꝓpingssime pᵒ prinᵒ sunt forme p se sine mã subsi/stentes. non. n. forã ẜʒ totũ gᵒ suuʒ mã indigʒ vt dictũ ẽ. ⁊ hꝰmõi forẽ

ſunt intelligētie. ⁊ ideo nō oꝫ vt eſ
ſentie vl' qditates haꝝ ſbāꝝ ſint ali
ud ꝙ̄ ipſa forma. In hᵒ gᵒ differt
eſſentia ſbē ꝯpoſite. ⁊ ſbē ſimplicis
ꝙ eſſentia ſbē ꝯpoſite non tm̄ for⸗
maꝫ: ſꝫ ꝯplectiť formaꝫ ⁊ materiā.
Eſſentia vero ſbē ſimplicis eſt formā
tm̄. ⁊ ex hᵒ cānť due alie differentie
vna ē ꝙ eſſentia ſbē cōpoſite pt ſi⸗
gnificari vt totū vel vt ps. qđ acci
dit pp materie deſignationeꝫ. vt di
ctū eſt. Et ideo non quolibet modo
predicať eſſentia rei ꝯpoſite de ipſa
re ꝯpoſita. nō. n. pt dici ꝙ hō ſit q⸗
ditas ſua. ſꝫ eſſentia rei ſimplicis q̄
eſt ſua forma nō pt ſignificari niſi
vt totuꝫ cuꝫ nihil ſit ibi preter for
maꝫ quaſi formaꝫ recipiens. Et ideo
quocūqꝫ modo ſumať eſſentia ſubē
ſimplicis đ ea predicať. vnde auic.
dicit ꝙ qditas ſimplicis eſt ipꝫmet
ſimplex. qꝛ nō eſt aliqđ aliud recipi
ens ipſaꝫ. Secunda dr̄a eſt. qꝛ eſſen
tie reꝝ ꝯpoſitaꝝ ex eo ꝙ recipiunť
in mā deſignata multiplicanť ſm
diuiſionē eius. vnde ꝯtingit ꝙ ali⸗
qua ſint idē ſpē. ⁊ diuerſa numero.
Sed cuꝫ eſſentia ſimplicis non ſit
recepta in materia nō pt ibi eſſe ta
lis multiplicatio. ⁊ ideo non oꝫ vt
inuenianť plura indiuidua vnius
ſpēi in illis ſbīis ſꝫ quotquot ſunt
indiuidua tot ſunt ſpēs. vt Auic.
dicit expreſſe. Huius ergo ſbē quā
uis ſint forme ſine mā. non tm̄ inde
eis eſt oīoda ſimplicitas. nec ſunt
actus purus. ſꝫ habent pmixtionē
potentie. ⁊ h ſic pꝫ. qcqđ. n. non eſt
de intellectu eſſentia l' qditatis. h eſt
adueniens extra ⁊ faciens ꝯpoſitio
neꝫ cuꝫ eſſentia. qꝛ nulla eſſentia ſi
ne his que ſunt ptes eſſentie intel⸗
ligi pt. Omnis auteꝫ eſſentia vel q
ditas intelligi pt ſine hᵒ ꝙ aliquid
intelligať de eſſe ſuo. poſſuꝫ. n. itel⸗
ligere qđ eſt homo vel fenix. ⁊ tamē
ignorare an eſſe habeant in reꝝ na
tura. ergo pꝫ ꝙ eſſe eſt aliud ab eſ⸗
ſentia vel qditate. niſi forte ſit ali⸗
qua cuius qditas ſit ipſuꝫ ſuum eē
⁊ hec res non pt eſſe niſi vna ⁊ pri⸗
ma. qꝛ impoſſibile eſt vt fiat pluriſi
catio alicuius niſi p additionem a
licuius differentie. ſicut multiplica
tur natura generis in ſpē. vel p hᵒ
ꝙ forma recipiť i diuerſis materijs
ſicut mľtiplicatur natura ſpeciei i
diuerſis idiuiduis. vel per h ꝙ vnū
eſt abſolutum ⁊ aliud in aliquo re⸗
ceptum. ſicut ſi eſſet quidam calor
ſeparatus eſſet alius a calore nō ſe
pato ex ipſa ſua ſepatione. ſi auteꝫ
ponatur aliqua res que ſit eſſe tan⸗
tum ita vt ipſum eſſe ſit ſubſiſtens.
h eſſe non recipiet additionem diffe
rentie quia iam non eſſet eſſe tantū
ſed eſſe ⁊ preter hoc forma aliqua.
⁊ multo minus recipiet additioneꝫ
materie quia iam eſſet nō ſubſiſtēs
ſed materiale. vnde relinquitur ꝙ
talis res que ſit ſuum eſſe non pt eē
niſi vna. vnde oportet ꝙ in quali⸗
bet alia re preter eam ſit aliud eſſe
ſuum. ⁊ aliud quiditas vel natura
ſeu forma ſua. vnde in intelligen⸗
tiis oportet ꝙ ſit eſſe preter formā
⁊ ideo dictum ꝙ intelligentia ē fō
ma ⁊ eſſe. omne autem quod conue
nit alicui vel eſt cauſatum ex prin⸗
cipijs nature ſue ſicut riſibile in ho
mine. vel aduenit ab aliquo princi
pio extrinſeco ſicut lumen in aere
ex influentia ſolis. non autem pōt
eſſe ꝙ ipſum eſſe ſit cauſatuꝫ ab ip
ſa forma vel quiditate rei. dico ſi⸗
cut a cauſa efficiente. quia ſic aliq̄
res eſſet cauſa ſui ipſius. ⁊ aliqua
res ſe ipſam in eſſe produceret. qđ ē
impoſſibile. ergo oportet ꝙ omnis
talis res cuius eſſe eſt aliud quam
natura ſua habeat eſſe ab alio. ⁊ qꝛ
omne quod eſt per aliud reducit ad

id quod est per se. sicut ad causam primã. ideo oportet quod sit aliqua res que sit causa essendi omnibus reb9 eo quod ipsa ē esse tm̄. al's iret in infinitũ in causis. cũ omnis res que nõ est esse tm̄ habeat causaz sui esse. vt dictuz est. pz ergo quod intelligentia est forma et esse. quod esse hz a primo ente. qd est esse tm̄. et hoc ē prima causa que deus est. oē autem quod recipit aliqd ab alio est in potentia respectu illius. et hoc qd receptuz ē in eo est actus e9. ergo oz quod ipsa forma vel qditas que est intelligentia sit in potentia respectu esse qd a deo recipit et illud esse receptũ est p modũ actus. et ita inuenitur actus et potentia i itelligentijs. non tamē forma et materia nisi equoce. vnde etiam pati recipere subiectum esse. et omnia huius modi que videntur rebus ratione materie conuenire equoce conueniunt substantijs intellectualibus et corporalibus. vt i 3o de anima comen. dicit. Et qz vt dictum est intelligentie qditas est ipsamet intelligentia. ideo qditas vel essentia eius est ipsum qd est ipsa et esse suuz receptuz a deo est id q9 subsistit in rerum natura. et pp hoc a qb9dam h9i sbē dicunt compōi ex quo est et quod est. vel ex quo est et esse. vt Bo. dicit. et qz i intelligentijs ponitur potentia et actus non erit difficile inuenire multitudinem intelligentiarum. qd esset impossibile si nulla potentia in eis esset. Vnde dicit comen. in 3o de aia. quod si natura intellectus possibilis esset ignorata. non possemus inuenire multitudinem in sbiis separatis. Est ergo distinctio earum ad inuicez fz graduz potentie et actus ita quod intelligentia superior que plus ppinqua est p° hz plus de actu et minus de potentia. et sic de alijs. et h complet in anima humana que tenet vltimum gradũ in intellectualib9 sbiis. Vnde intellectus potentia vl' eius se habet ad formas itelligibiles sicut materia prima que tz vltimuz graduz in eē sensibili ad formas sēsibiles. vt comen. in 3o de anima dicit. et ideo philosophus compat eaz tabule rase i qua nihil est depictuz. et pp hoc qz inter al's sbās itelligibiles plus hz de potentia. ideo efficit in tm̄ ppinqua rebus materialibus. vt res materialis trahit ad pticipandũ esse suum. ita quod ex aia et corpore resultat vnuz esse in vno composito. quãuis illud esse put est aie non sit dependens a corpore et ideo p9 istã formã que est aia inueniunt alie formē plus de potētia habentes. et magis ppinque mē. In tm̄ quod eēntie earum sine mã nõ possunt esse in qbus etiam inuenitur ordo et gradus vsque ad primas formas elementorum que sũt ppingssime materie. vnde nec aliqz operationez habent nisi fz exigentiam qualitatuz actiuarum et passiuarum et aliorum qbus mã ad formãz disponit.

Cap. v.

Uõ eēntia tripliciter inuenitur in rebus. et quomodo essentia in sbiis separatis se habeat: et ad naturã generis et differentie.

His ergo visis pz quõ essentia inuenit in diuersis. Inuenit āt triplex modus habendi essentiaz in sbiis. Aliqd. n. est sicut deus cui9 eēntia est ipsuz suuz esse. et iõ inueniuntur aliq phi dicentes quod deus non habz essentiaz. qz eēntia eius non est aliud qz eē eius. et ex hoc seqt quod ipse nõ sit in genere. qz oē qd est in genere oz quod habeat qditatez preter eē suũ

cuȝ q̄ditas aut natura generis aut
spēi non distinguāt̄ ꝑ ȝ rationē na-
ture in illis quoꝝ ē genus vel. spēs
sȝ ꝑ ȝ eē ꝙ est in diuersis diuersimōe
nec oȝ ꝙ dicat̄ ꝙ deus est esse tm̄. vt
in erroreȝ eoꝝ incidamus q deuȝ di
xerunt eē illud eē vl'e quo quelȝ res
formaliter est. h̄. n. qḋ deus est h̄ cō
dictionis est vt nulla sibi additio fi
eri possit. vnde ꝑ ipsaȝ suaȝ purita
teȝ est esse distinctū ab oi eē. ꝓꝓ qḋ
in comen. ix. ꝓpōnis libri de causis
dicit̄ ꝙ indiuiduatio prime eē que
est eē tm̄ est ꝑ purā bonitateȝ eius.
Esse āt cōe sicut in intellectu suo n̄
includit aliq̄ȝ additioneȝ. Ita nec
includit in intellectu suo aliq̄ȝ pre
scisioneȝ addictionis. qꝛ si hoc eēt
nihil posset intelligi eē in quo sup
eē aliqd adderet̄. similiter ēt q̄ȝuis
sit eē tm̄. non oȝ ꝙ defficiāt ei reliq̄
ꝑfectiones vl' nobil'ites. imo hȝ oēs
ꝑfectiones que sunt in oibus gene
ribus. ꝓꝓ ꝙ ꝑfectuȝ simpliciter di-
cit̄. vt ph̄us ⁊ comen. in. v. metha.
dicūt. Sȝ habet eas modo excellen
tiori omnibus rebus. quia in eo om
nes vnuȝ sunt. sȝ in alijs diuersita-
teȝ habent. ⁊ hoc est quia omnes il
le perfectiones conueniunt sibi ꝯm
suum esse simplex. Sicut si aliquis
per vnam qualitatem posset efficere
re operationes oim qualitatum.
In illa vna qualitate omnes qua-
litates haberet. Ita deus in ipso
esse suo omnes perfectiones habet.

Secuudo modo inuenitur essen-
tia in substantijs creatis intellectu
alibus in quibus est aliud esse quaȝ
essentia ipsorum quamnis essentia
sit sine materia. vnde esse earum n̄
est absolutum sed receptum. ⁊ ideo
limitatum ⁊ finitum ad capacita-
tem nature recipientis. sed natura
vel quiditas earum est absoluta nō
recepta in aliqua materia. ⁊ ideo
dicitur in libro de causis ꝙ intelli-
gentie sūt finite superius. ⁊ in fini
nite inferius. Sunt einim finite
quantum ad esse suum quod a sup-
periori recipiunt. non tamen fini-
untur inferius. qnia earum forme
non limitantur ad capacitatem a-
licuius materie recipientis eas. ⁊ i
talibus substantijs non inuenitur
multitudo indiuiduorum in vna
specie vt dictum est. nisi in anima
humana propter corpꝰ cui vnitur.
Et licet indiuiduatio eius ex cor-
pore occasiōaliter dependeat quan
tum ad sui inchoationem. quia nō
acquiritur sibi esse indiuiduatum
nisi in corpore cuius est actus. non
tamen oportet vt destructo corpo-
re indiuiduatio pereat. quia cum
habeat esse absolutum ex quo acq-
situm est sibi esse indiuiduatum ex
h̄ ꝙ facta est forma huius corpo-
ris illud esse semper remanet indiui
duatum. ⁊ ideo dicit Auic. ꝙ indi-
uiduatio animarum ⁊ multiplica-
tio dependet ex corpore quantum
ad sui principiuȝ. sed non quātum
ad sui fineȝ. Et quia in istis substā
tijs quiditas non est iḋ quod esse.
ideo sunt ordinabiles in predica-
mento. ⁊ propter h̄ inuenitur in eis
genus species ⁊ differentia. quam-
uis earum differentie proprie nobis
occulte sint. In rebus enim sensi-
bilibus etiam ipse differentie essen-
tiales nobis ignote sunt. vnde si-
gnificantur per differerentias acci
dentales que ex essentialibus oriun
tur. sicut causa significatur per su-
um effectuȝ. sicut bipes ponitur dif
ferentia hominis. Accidentia au
tem propria substantiarum imma-
terialium nobis ignota sunt. vnde
dr̄e eaꝝ nec ꝑ se nec ꝑ accidentales
dr̄as nobis significari possunt. b

tamen sciendum quod non eodem modo sumitur genus et differentia in illis substantiis et in substantiis sensibilibus. quia in sensibilibus genus summitur ab eo quod est materiale in re. differentia autem ab eo quod est formale in ipsa. vnde dicit Auic. in primo lib. sui de anima quod forma in rebus cõpositis ex materia et forma est differentia simplex eius quod constituitur ex illa. non autem ita quod ipsa forma sit differentia. sed quia est principium differentie. vt idem dicit in sua metha. et dicitur talis differentia esse differentia simplex. quia summitur ab eo quod est pars quiditatis rei scilicet a forma. cum autem substantie spirituales sint simplices quiditates non potest in eis differentia sumi ab eo quod est pars quiditatis. sed a tota quiditate. et ideo in principio de anima dicit Aui. quod differentiam simplicem non habent nisi species quarum essentie sunt composite ex materia et forma: Sumitur etiam in eis ex tota essentia sumitur genus modo tamen differenti. vna enim substantia separata conuenit cum alia in materialitate differunt autem abinuicem in gradu perfectionis secundum recessum a potentialitate. et accessum ad actum purum. et ideo ab eo quod sequitur illas in quantum sunt inmateriales sumitur in eis genus sicut intellectualitas vel aliquid huius. Ab eo autem quod consequitur in eis gradum pefectionis sumitur in eis differentia nobis tamen ignota. nec oportet has differentias esse acidentales. quia sunt secundum maiorem vel minorem perfectionem que non diuersificant speciem. gradus enim perfectionis in recipiendo eandem formam non diuersificat speciem. sicut albius et minus album in participando eiusdem generis albedinem. sed diuersus gradus perfectionis in ipsis formis vel naturis participatis diuersificat speciem. sic natura procedit per gradus de plantis ad animalia per quedamque sunt media inter animalia et plantas secundum philosophum in libro de animalibus. nec iterum est necessarium vt diuisio intellectualium substantiarum fit semper per duas differentias veras. quia hoc est impossibile in omnibus rebus accidere vt Philosophus dicit in. xij. de animalibus. Tercio modo inuenitur essentia in substantiis compositis ex materia et forma in quibus et esse est receptum et finitum propter hoc quod ab alio esse habent. et iterum natura vel quiditas earum est recepta in materia signata. et ideo sunt finite et superius et inferius. et in eis iam propter diuisionem materie signate potentialis est multiplicatio indiuiduorum in vna specie. et in his substantiis qualiter se habeat essentia ad intentiones loicas supra dictum est.

Cap. vj.

Quomodo essencia est in accidentibus et quomodo in eis sumitur genus et differentia

Nunc restat videre qualiter sit essentia in accidentibus. quomodo autem sit in omnibus substantiis dictum est. et quia vt dictum est essentia quod per diffinitionem significatur. oportet quod eo modo habeant diffinitionem. diffinitionem autem habent incompletam. quia non possunt diffiniri nisi ponatur subiectum in eorum diffinitione et hoc ideo est. quia non habent in se esse absolutum per se a subiecto. sed sicut ex forma et materia relinquitur esse substantiale quando componuntur. Ita ex accidente et subiecto relinquitur esse accidentale. quando accidens subiecto aduenit. et ideo et

nec forma sbālis ꝯpleta3 eēnciam h3 nec materia. qꝛ indiffinitiōe forme sbā lis o3 ꝙ ponat illud cuius ē forma. ⁊ ita diffinitio eius est per additō3 alicui⁹. qd extra genus ei⁹ est. sicut ⁊ diffi⁹ forme accidentalis vt ēt in diffiōe aie ponit corpus a nāli q ꝯsiderat aia3 solu3 inq̄ztū est forma phisici coris. s3 tñ inter formas sbāles ⁊ accidentales tantū interest. qꝛ sicut forma sbālis non h3 pse eē absolutū sine eo cui aduenit ita nec illud cui aduenit. s. materia ⁊ iō ex ꝯiunctōe vtriusꝫ relinqt illd esse in quo res pse subsistit. ⁊ ex eis efficit vnu3 pse. pp qd ex ꝯiunctōe eoꝝ relinqt eēntia quedā. vnde forma q̄uis inse ꝯsideratata nō hēat rō3 ꝯpleta3 eēntie. tñ est ps eēntie ꝯplete. s3 illud cui aduenit accidēs est ens in se ꝯpletū subsistēs in suo esse. qd qdē esse nāliter precedit accidens qd supuenit. ⁊ iō accidēs superueniēs ex ꝯiunctōe sui cū eo cui supuenit nō cāt illud esse in quo res subsistit p qd res est ens p se. s3 cāt qddā esse s3. sine quo res sbsistens intelligi potest esse. sicut primū intelligi pt sine sō. vl' ptū sine sbō. vnde ex accidente ⁊ sbō nō fit vnū pse. s3 vnū p accidens. ⁊ iō ex eoꝝ ꝯiūctio ñ rsultat eēntia qdā. sic ex ꝯiūctiōe forme cum mā. pp qd accñs n3 rō3 ꝯplete essentie h3: n3 ps ꝯplete eēntie est. s3 sicut est ens s3 qd. ita ⁊ essentiā s3 qd h3. s3 qa illud qd dicit maxime ⁊ verissime in quol3 genere est cā eoꝝ que sunt p⁹ in i⁹ generꝫ sicut ignis q est i fine caliditatis ē cā caloris. in rebus calidis vt in ho metha. dr. iō sbā que est principiu3 in genere entis maxime ⁊ verissime essentiā hēns. o3 ꝙ sit cā accidentium que secundario ⁊ qi s'm qd rō3 entis pticipant. qd tñ diuersimode ꝯtingit. qꝛ ei ptes sbē sūt materia ⁊ forma. iō queda3 accidentia principaliter ꝯsequunt formā ⁊ queda3 mā3 forma āt inuenit aliqua cuius esse nō dependet a mā. vt aia intellectualis. Materia vero non habet esse nisi p formā. vnde in accidentibus que ꝯsequunt forma3 est aliqd qd non h3 cōicatō3 cū mā. vt intelligere qd nō est p organu3 corporale. sicut ꝓbat phūs in 3⁹ ð aia. Aliqua u⁹ ex ꝯsequentibus formā. sūt que hēnt cōicatō3 cū mā. sicut sentire. s3 nullu3 accidens ꝯseqt mām sine ꝯiūctiōe forme. In his tñ accidētibus que mā3 ꝯsequunt inuenit quedā diuersitas quedā. n. accidentia ꝯsequunt mā3 s3 ordine3 quem hēnt ad formā spāle3 vt masculinū ⁊ feīnum in aīlibus. q⁹ꝝ diuersitas ad materiā reducit vt dr in. x. meta. vnde remota forā aial' dcā accidencia nō remanent nisi equoce. quedā vero ꝯsequūt mā3 s3 ordine3 quem habent ad forma3 generale3 ⁊ iō remota forma spāli adhuc i ea remanēt. sicut nigredo cutis est in ethiope ex mixtōe el'oꝝ ⁊ nō ex rōe aie. ⁊ ideo p⁹ mortē in eo remanet ⁊ qꝛ vnaq3 res indiuiduat ex mā. ⁊ collocat in genere vel spē p sua3 forma3 Jdeo accidētia que ꝯsequunt mā3 sunt accidētia indiuidui. s3 que ēt indiuidua eiusdē spēi drūt adiuicē. Accidentia vero que ꝯsequunt formā sunt ꝓprie passiones vel generis vel spēi. vnde inueniunt in oib⁹ pticipantib⁹ nā3 generis vel spēi. sicut risibile ꝯseqt in hōie formā qꝛ risus ꝯtingit ex aliqua aprehensione aie hōis. Sciendu3 ēt est ꝙ aliq̄zdo accidentia ex principijs essencialibus cānt s3 actu3 pfcū3 sicut calor in igne q sp actu est calidus. Aliq̄zdo vero s3 aptitudine3 tātū. s3 ꝯplementū accipiunt accidentia ex agēte exteriori. sic dyaphōitas

Accīa formā ꝯsequentia
Accīa mā3 ꝯsequentia
Accīa quo cantur

in aere que ꝯpletur ꝑ corpus luci/
duz exterius. ⁊ in talibus aptitudo
est accidens inseꝑabile. ſʒ ꝯplemen
tuʒ qḋ aduenit ex aliquo principio
qḋ est extra essentiaʒ rei vel qḋ non
intrat ꝯstitutioneʒ rei est seꝑabile:
sicut moueri ⁊ huiꝰmodi. Sciendū
est etiaʒ ꝙ in accidentibus. Alioꝰ
sumit̃ genus: dr̃a: ⁊ species q̃ʒ in sb
stantijs. q2.n. in sbãijs ex materia
⁊ forma sbãli efficit̃ ꝑse vnuʒ. vna
quadaʒ natura ex eoꝝ ꝯiunctiōe re
sultante que ꝓprie in p̄ntō sbē col
locat̃. Jō i sbijs nōia ꝯcreta que cō
posituʒ significant ꝓprie in gener̃
esse dicunt̃. sicut genera vel species
vt hō vel al'. Non autem forma vel
materia est in p̄ntō hocꝰ. nisi ꝑ re/
ductioneʒ. sicut principia in gener̃
p̄ntoꝝ esse dūr. ſʒ ex accidente ⁊ sub
iecto non fit vnuʒ ꝑse Vnde nō re/
sultat ex eoꝝ ꝯiunctione aliqua na
tura cui itentio generis vel speciei
possit attribui. vnde nomina acci/
dentalia ꝯcretiue dc̄a non ponunt̃
in p̄ntō. sicut species vel genera. vt
albuʒ vel musicuʒ. nisi ꝑ reductiōʒ
sed solum secundum ꝙ abstrata si/
gnificantur. vt aʒᵒ ⁊ musica. Et
quia accidencia non componuntur
ex materia ⁊ forma. ideo nō potest
in eis summi genus a materia ⁊ dif
ferentia a forma sicut in substan/
cijs compositis. sed oportet vt pᵒ
genus sumatur ex ipso modo essen/
di secundum ꝙ ens diuersimode se/
cundum prius ⁊ posterius de. x. ge/
neribus predicatur. sicut dicitur q̃ʒ
titas ex eo ꝙ est mēsura substantie
⁊ qualitas secundum ꝙ est diffini/
tio substantie. ⁊ sic de alijs secundū
philosophum in. ix. methaphisice
Differentie vero in eis sumūtur ex
diuersitate principioruʒ ex quibus
causantur. Et quia proprie passio/
nes ex proprijs principijs subiecti
causantur. ideo subiectum ponitur
indiffinitione eorum loco differen/
tie si in abstrato diffiniatur secun/
dum ꝙ sunt proprie in genere sicut
dicitur ꝙ simitas est nasi curuitas
sed econuerso esset si eoꝝ diffinitio
sumeretur secundum ꝙ concretiue
dicuntur. sic enim subiectum in eo/
rum diffinitione poneretur sicut ge
nus. quia tunc diffinirentur per mo
dum substantiarum compositarum
in quibus ratio generis sumitur a
materia. sicut dicimus ꝙ simum est
nasus curuus. similiter etiam est si
vnum accidens alterius accidentis
principium sit. sicut principium re
lationis est accio ⁊ passio ⁊ quan/
titas. ⁊ ideo secundum hoc diuidit
philosophus relationē in. v. meta.
Sed quia propria principia acci/
dentium non semper sunt manife/
sta. ideo quandoque sumimus diffe/
rentias accidentium ex eorum effec
tibus sicut congregatiuuʒ ⁊ disgre
gatiuum dicunt̃ differentie coloris
que causantur ex habundantia vel
paucitate lucis ex qua diuerse speci
es coloris causantur. Sic ergo pa/
tet qnomodo essentia est in substan
tijs ⁊ accidentibus. ⁊ quomodo in
substantijs compositis ⁊ simplici/
bus. ⁊ quomodo intentiones logi/
ce vniuersales in eis inueniuntr.
Excepto primo quod est ifinite sim
plicitatis cui non cōuenit ratio ge
neris vel speciei. ⁊ per consequens
nec diffinitio propter suam simpli/
citatem in quo sit finis ⁊ consumma/
tio huius sermonis.

Finis.

Impressum in inclita Ciuitate ferrarie regnante Hercule Duce secundo per Magistrum Laurencium de rubeis de valentia Anno domini. M.cccc.lxxxx. .v. Idus Madij.

Registrum cartarum.

A b c d e f g h i k l o r Omnes isti sunt quaterni .m. est duernus. n p q sunt terni.

FINIS.



In hoc volumine continentur.

Tria principia Antonij Andree ordinis minorum.

Expositio Fran. mayronis ordinis minorum sup octo lib. phisicorum

Formalitates eiusdem Francisci Mayronis.

Tractatus eiusdem de principio complexo

Tractatus eiusdem de terminis theologicis

Tractatus de ente et essencia secundum Thomam.


audacia fiducia.	fortitudo	metus. timor.
intemperantia	temperantia	immobilitas insensibilitas.
prodigalitas	Liberalitas	avaricia
tumiditas: ostentatio inflatio: affluentia	Magnificentia	vilitas pusillitas.
gloriositas insolentia lentitudo	Magnanimitas.	pusillanimitas.
Ambitio	Virtus que innominata	honoris abiectio, l'inamatio;
iracundia	Mansuetudo	iracundie defectio.
adulatio assensio placiditas	Amicitia humanitas affabilitas	contentio: displicentia: duricia: difficultas: inhumanitas: inimicitia;
Jactantia arrogantia	Veritas.	dissimulatio. ironia.
scurrilitas importunitas	Urbanitas comitas dexteritas	rusticitas. duricies.
impudentia	Verecundia	stupor. pavor.
invidentia	Indignatio	malivolentia.
morositas	gravitas	delectatio.

Incipit Mathematica.

Sicut dicit phūs sexto metaphif: Theorica siue scientia speculatiua diuiditur in mathematicam phisicam et metaphisicam. De his tribus inquantum arbitror fore necessarium vt in pluribus ꝓ doctoribus theologicis in pn̄ti compendio duce altissimo tractabo sequendo doctoris subtilissimi magistri iohannis de donis: qui fuit natione Scotus dictis nihil dissonum hic determinate asserere intendo. Tractanda autem in hoc compendio sub verbis planis vt satis intelligibilius reserabo. Et ne a me ipso loqui videar signabo vt sepius i quibus libris seu librorum distinctionib⁹ doctor prefatus tractat materias in hoc compendio positas. Nec mirum videat alicui si ea que in tot et tantis libris phie diffuse habentur hic compendiose tractantur. Hoc enī peragere satis est facile: qḋ patet triplici ratiōe. Primo qꝛ multe materie que tractantur in phia non sūt magne necessitatis ꝓ theologia. Secundo qꝛ ꝙplures materie phie eque bene immo melius tractantur in theologia ꝙ in phia: vt patet intuenti doctorum opera super libros sententiarum: ideo circa tales materias non est diutius immorādū. Tertio hoc idem patet quia eadem materia tractatur in pluribus libris phie vt patet intuentibus phi textum cum commentis et questionibus super illum editis. Ordo vero dicendorum in hoc compendio quo ad phisicam et metaphisicam quas a pho habemus est ſm processum textus eius vt eius mens melius super his valeat perpendi: non sic autem quo ad mathematicam quam ab ipso nō habemus. Et quo ad hoc primo perscrutādum est de mathematica: deinde de phisica: et consequēter de metaphisica. Cuius causam innuit aristo. 6. ethicorū: qꝛ materialia non transcendūt imaginationem nec requirunt experientiam. Phisicalia vero licet non transcendant sensū nec imaginationem tamen requirūt experientiam que requirunt temporis longitudinem. Metaphisicalia autem transcendunt sensum et imaginationem et sūt pure intelligibilia. Innuit ergo ibi aris. ꝙ iuuenes post logicam primo imbuēdi sunt in mathematica: deinde in phica: et tertio in metaphisica.

Circa mathematicā que est de substantia quanta: vt ostendetur sexto metaphisice. Notandum ꝙ huiusmodi scientia habet diuidi ſm diuisionem quantitatis. Est enim duplex quātitas: scꝫ continua et discreta: Sic duplex scientia materialis scꝫ arismetrica que ē de quantitate discreta scꝫ de numeris: et geometria que est de continua quantitate siue magnitudine. Musica vero cum sit de numero sonoro siue proportionib⁹ numeralibus applicatis ad sonos subalternatur arismetrice cum habeat subiectū sub obiecto arismetrice: et accipiat principia sua ab arismetrica et subiectum ei⁹ addat drn̄tiam accidentalem ad subiectū arismetrice: qꝛ addit sonū ipsi numero. Que quidem tres conditiones reqrunt ad hoc ꝙ vna scientia subalternetur alteri. ¶ Consimiliter de perspectiua que est de linea visuali subalternatur geometrie et hoc per eandem rationem. De his autē duabus scientijs nihil ad presens: Sed solum tangam aliqua de arismetrica et geometria. De perspectiua tn̄ aliq tangam in tertio metheororum. Astrologia autem non est pure mathematica cū consideret motum astrorum: Sed ē media inter mathematicam et naturalem. Principia enim mathematice applicantur ad res naturales de qua vide tractatum de spera. Qui quidem tractatus ē ꝙ plurimum vtilis: de quo plura tangētur de celo et mundo. Est autem prius videndum de arismetrica ꝙ de geometria. Cum qꝛ vnitas que est principium numeri est prior puncto que est principium

linee. Punctus enim vltīa vnitatem addit positōem in continuo. Tuz etiā quia passiones numeri deseruiunt in magnitudinibus. Proportio enim in magnitudinibus sumitur a proportōne in numeris. Et ideo euclides arismetricā geometrie interposuit. Geometria enī est assecutiua arismetrice sicut ꝛ rethorica dyaletice. Perscrutandum est igiẗ primo de arismetrica que vt dictum est considerat de numero. ¶ Ad cuius euidentiam Sciendum ꝙ triplex est numerus: scꝫ numerus numerans: numerus numeratus: ꝛ numerus quo numeramus. Numerus numerans est anima numerās ipsas res. Numerus numeratus sunt res numerate. Numerus quo numeramus est ipsa quantitas discreta de qua in ꝓposito. Est autem numerus multitudo ex vnitatibus aggregata. ¶ Dubitatur autem a qua vnitate numerus sit vnus formaliter. ꝛ dicitur a quodam expositore ꝙ omnes alie sunt partes materiales: sola aūt vltima est formalis ꝛ completiua aliarū: vt sicut dīo est vna ab vltima differentia specifica sic numerus est vnꝰ ab vltima vnitate. ¶ Sed contra forma est formaliter in materia: alioquin non fierꝫ vnum per se ex eis sed tantuꝫ esset iuxtapositio eorum: sed vltima vnitas non ē formaliter in alijs sed sunt discrete ꝛ distincte: ergo vltima vnitas nō est formaliter aliarum. ¶ Dicendum ergo aliẗ ꝙ in numeris est considerare vnitates ī duplici differentia: quia quedam sunt vnitates materiales quedam formales. exemplum in quinario sunt quinqꝫ vnitates materiales ex quibus materialiẗ integratur. et est vnitas a qua numerꝰ q̄narius est vnus specie. Unitas autē hec est innominata: et est sua forma specifica vel passio consequens formam specificā sicut homo est vnus sua forma specifica vel passio consequens formam specificā sicut homo est vnus sua forma vel vnitate consequente vt passio consequiẗ suam formam. Hec autem vnitas innominata sit a hec etiā vnitas est a qua totū denominatiue dr̄ vnū ī secūdo mō dicēdi ꝑ se. Silr̄ est ī alijs spēbꝰ minoris entitatis. ¶ Ulterius sciendum ꝙ vnus numerꝰ potest comparari ad alium numerum diuersimode: et s̄m hoc possunt sumi multi modi proportionum numeralium. est enim proportio habitudo seu comparatio vnius quantitatis ad aliam. et hec ē duplex scꝫ equalitatis ꝛ inequalitatis. equalitatis cum scꝫ numerus equaẗ comparatur numero equali: vt duo ad duo. Alia est proportio inequalitatis cum scꝫ numeri sunt inequales. et hoc dupliciẗ: quia vel s̄m inequalitatem maiorem scꝫ maior numerus comparatur minori: vt quattuor ad duo: vel s̄m minorē vt duo ad quattuor. ¶ Inequalitatis autē maioris sunt quinqꝫ species scꝫ multiplex superparticularis: superpartiēs: multiplex superparticularis: multiplex superptiens. est autem numerus maior respectu minoris multiplex quando scꝫ aliquotiens continet ipsum ꝛ hoc multipliciẗ. Aliquotiens numerꝰ maior continet minorem bis vt se habet quattuor ad duo: ꝛ sic est proportio dupla. Aliquando cōtinet ipsum ter: vt sex ad duo: et sic ē proportio tripla. Aliquando vero quater: ꝛ sic est proportio quadrupla: ꝛ sic in infinitum. Super particularis autē numerus dicitur quando numerus maior continet totum minorem ꝛ insuper aliquam partem eius ꝛ hoc multipliẗ. Si enī cōtineat totū ꝛ mediā ꝑtē eiꝰ est ꝓportō sexq̄altera vt tria ad duo. Si āt ꝯtineat totum ꝛ tertiam partē eiꝰ diciẗ sesquitertia: vt quattuor ad tria. Si vero cōtineat totū et q̄rtam partē eiꝰ diciẗ sesquiquarta: vt quinqꝫ ad q̄ttuor: ꝛ sic deinceps. Superpartiēs aūt diciẗ q̄n maior numerus contineat totū minorē semel ꝛ insuꝑ nō soluꝫ vnā partē eiꝰ sꝫ plꝛes ꝑtes eiꝰ: et siquidē cōtineat duas ꝑtes diciẗ supbipartiens: sicut q̄nqꝫ ad tria. Si aūt tres dicitur supꝑtriptiens: vt septē ad q̄ttuor: ꝛ sic deinceps. Multiplex aūt supparticularis diciẗ q̄n maior numerꝰ ꝯtinet minorē pluries ꝛ insuꝑ aliquam ꝑtem eiꝰ. et siq̄dem



ptineat, ipm bis et mediā ptem eiꝰ dicit duplex sesqualtera sicut qnqꝫ ad duo. Si aūt ter ⁊ mediā ptem eius dicit triplum sesquialterū: vt septē ad duo. Ista enim qrta spēs ē cōposita ex pma ⁊ secūda spē. Quīta spēs ē mltiplex suppartiēs ⁊ ē qn numerꝰ maior habet totū minorē pluries ⁊ etiā plēs ptes eiꝰ: ⁊ hec spēs ē cōposita ex prima et tertia spē: ⁊ ideo pt diuidi ꝑm spēm multiplicis ⁊ ꝑm spēm suppartientis: vt dicat duplex sugbiptiens qn habet maior numerꝰ totū minorem bis ⁊ duas ptes eiꝰ sicut octo ad tria: ⁊ sic ð alijs. Tot aūt sūt spēs minoris ineqlitatis qt maioris. Sꝫ denomiatōes exprimūtur ꝑ sub. Nā numerus minor ðr submltiplex subpticlaris subptiēs submltiplex sbpticlaris sbmltiplex sbptiēs: ⁊ sic ð spēbꝰ spalēissimis: vt subduplū subtriplū. ¶ Proportionabilitas autē fundat sup proportiones. est eni vt dicit euclides. 5 geometrie similitudo proportionū. et hꝰ dupliciter: vel ꝑm idēptitatē excessus: vel ꝑm idemptitatē ꝓportōis. si sit identitas vel equalitas excessus sic ðr proportionabilitas arismetrica: vt sicut se habet 6 ad quattuor: sic octo ad sex. sicut eni sex excedit quattuor in duobus: sic octo excedit sex in duobus. si aūt sit equalitas ꝓportionis sic dicitur proportionabilitas geometrica: vt sicut se habet sex ad quattuor: sic duodecim ad octo. sicut enīꝫ. 6. ad quattuor ē ꝓportio sesquialtra sic duodecim ad octo. est ergo ineqlitas vł idētitas proportionis non tamen excessus. Plus eni duodecim excedit octo ꝙ̄ 6 4. ꝑm autē ꝙ sumitur ꝓportio in numeris sic suo modo potest sumi ī magnitudibꝰ. ¶ Ulterius sciendum ꝙ numerus q̄ numeramus scꝫ numerus mathematicꝰ diuiditur in numerum parem et in numerū imparem. Numerus par est ille qui ī duo equalia potest partiri: non sic autē de numero impari. Diuiditur vlterius numerus par per perfectos superfluos ⁊ diminutos. Numerus ꝑfectus dicitur a mathematicis qui omnibus suis partibus aliquotis aggregatis est equalis.

Dicitur ꝙ ps aliqta que aliquotiēs sūpta reddit totum. verbi gratia senarij ptes aliquote sunt vnum duo et tria: que omnes aggregate senarium constituūt. Alio modo numerus ꝑfectus dicitur q̄ ꝯstat ex omnibus partibus suis aliquotis ⁊ non aliquotis simul sumptis: ⁊ sic ternarius numerus est perfectꝰ: ⁊ ī hoc perfectōnem senarij excedit. Tertio mō dicitur numerus perfectus quia in eo ē status numerorum: ⁊ sic denarius ē perfectus quia est primus numerus ad quē stat resolutio numerorum. Unde denarius est primus limes. secundus vero limes est qui fit ex ductu denarij in se scꝫ numerus cētenarius. Tertius ex ductu denarij in centenarium scꝫ numerꝰ millenarius: ⁊ sic in infinitum. ¶ Numerꝰ autem superfluus vel habundans dicit cuius partes aliquote aggregate excrescunt in numerum maiorem toto: vt numerus duodenarius cuius partes aliqte sūt vnū duo 3 4 ⁊ 6 q̄ sil iūcte faciūt. 16 Numerꝰ vo diminutꝰ cuiꝰ ptes aggregate minorē constituūt sicut octo cuiꝰ ptes sꝫ vnitates binariꝰ qternariꝰ q̄ ī. 7. descendūt. Numerꝰ aūt impar quidam est primus et incōpositus qui scꝫ nullam ptē aliquotā habet nisi vnitatē: vt numerus ternariꝰ vel quinarius. Alius ē secūdus ⁊ cōpositꝰ qui habet aliū numerū se numerantē sicut nouenarius qui a ternario nūerat. ⁊ Nota ꝙ vnū nūerū nūerare alium est quādo aliquotiens sumptus ipsum constituit: vt ternarius ter acceptus ipsum constituit nouenarium. ¶ Notādū etiā ꝙ numerū ī se vel ī alium duci idē ē ꝙ ꝑ se vł ꝑ aliū multiplicari. Numerꝰ eni ī se ductꝰ ðr q̄ totiens mltiplicat qtiēs ē vnitas in se. Ductꝰ ī alterū ē q̄ totiēs multiplicat qtiēs ī altero ē vnitas. sic binariꝰ ðr duci ī ternariū: qn totiēs mltiplicat qtiēs ē vnitas in ternario. vnde ex ductu binarij ī ternariū surgit nūerꝰ senariꝰ. Numerꝰ vo ꝓductꝰ ðr q̄ ex tli mltiplicatōe ꝯsurgit. Mltiplicatō autem numeri per se vel per alium est propositis duobus numeris tertij in=

uentō q̃ totiēs cōtineat alteꝝ illoꝝ quot sūt vnitates in reliquo. In mltiplicatōe ꝟo duo sūt numeri: scȝ numerꝰ multiplicās ꝛ numerus multiplicandꝰ. Numerꝰ mltiplicās aduerbialr̄ designat̄. Numerus ꝟo multiplicādus noīaliter. ¶ Notādū etiā ꝙ de multiplicāte ꝑt fieri multimodus ꝛ ecōuerso manēte semꝑ eadē sūma vt tm̄ valet quater quindecim sint quindecies quattuoꝛ. Numerus insuꝑ siue par siue inpar diuidit̄ ī lineares sugficiales et solidos. Linearum est qui cōsiderat̄ tm̄ penes processuȝ nō habito respectu ad ductionē numeri in numerum sicut linea hȝ tm̄ vnā dimēsionē scȝ longitudinē sine latitudine. Vñ eiꝰ descꝑtō est in lōgū sicut binarius q̃ alr̄ describi ñ pōt: imo oīs numerꝰ linearis dr̄ dūmodo in rectitudine describat̄. Numerꝰ suꝑficialis ē qui ꝓuenit ex ductu numeri ī numerū. Vñ dicit̄ superficialis qm̄ habet duos numeros mēsurātes ipm̄ sicut suꝑficies habet lōgitudinē ꝛ latitudinē.

Linearis.

Superficialis.

¶ Sciendum aūt ꝙ numerꝰ potest du pliciter duci ī numeꝝ: aut enī semel aut bis. Si igitur semel numerꝰ ducat̄ ī numerū hoc erit aut in se aut in alium. Si in se fit quadratus numerus vt bis duo. qꝛ diuisiȝ scriptus per vnitates habebit quattuoꝛ latera equalia. Debet autē fieri descriptio a radicibus vt hic.

Si autē ducatur in aliū fit superficialis et non quadratus: vt binarius ductus ī ternarium ꝯstituit senarium ꝑmū numeruȝ superficialē ꝛ nō q̃dratū. Vñ patet ꝙ omnis q̃dratꝰ ē superficial̄ ꝛ nō ecōuerso. Radix aūt numeri quadrati ē ille numerus q̃ ita ducitur in se: vt bis duo sunt quattuoꝛ. Quaternarius ergo est primꝰ quadratus et binarius est radix eius. Nouenarius vero ē secūdus quadratus ꝛ ternarius ē radix eius. Si autē numerꝰ bis ducat̄ in numerū ꝯstituit numeꝝ solidū. Numerus enī solidus est qui ꝓuenit ex duplici ductu numeri ī numeꝝ. Et dicit̄ solidus qm̄ quēadmodū corpus tres habet dimensiones: scȝ longitudinem latitudinem ꝛ profunditatem: sic iste numerus habet tres numeros producentes se. Et siquidē numerꝰ bis dicatur in semet ipm̄ vel semel in suum quadratū qꝺ idē valet fit numerus cubicus q̃ etiā dicitur solidus quadratus a mathematicis ꝛ a Boñ. vltima. q. scd̓e dis. ꝑmi sen. Dicitur ꝙ cubitus ab hoc noīe cubus bi. est autē cubus corpus habēs sex superficies: octo anglos: ꝛ duodecim latera. Si vero aliq̄s nūmerꝰ bis ducat̄ in aliū fit numerus solidꝰ tātū: vt bis tria bis constituit duodecim. Vñ patet ꝙ oīs numerꝰ cubicꝰ solidus ē ꝛ nō ecōuerso: ꝛ omnis solidus ē superficial̄ ꝛ nō ecōuerso. Pꝫ etiā ꝙ idē numerus ē radix q̃drati ꝛ cubici.

Solidus.

¶ Numerus vlteriꝰ diuiditur in digitū articulum et compositū. Digitus quidem est omis numerus minoꝛ denario. Articulus ē omnis numerꝰ diuisibilis in decem ptes equales ita ꝙ nihil residuum sit. Cōpositus siue mixtus qui constat ex digito ꝛ articulo. ¶ Sciendum etiam ꝙ omnis numerus inter duos articulos proximos est compositus.

¶ Item Notandum ꝙ numeratio est cuiuslibet numeri per figuras competētes artificialis representatio. Sunt autem nouem figure significatiue nouem digitos representantes que tales sunt. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. ¶ Decima vero figura dicitur cifra vel figura nihili: quia nihil significat licet det alijs significare.

¶ Notandum est igitur ꝙ quilibet digitus vna sola figura sibi appropriata habet scribi. Omnis aūt numerus a. 10. inclusiue vsq̧ ad centū exclusiue duabꝰ figuris habet scribi. Si autē articlꝰ sit ꝑ cifram primo positam et figuram scriptā versus sinistram que significet digitum a quo denominatur ille articulus. Si sit numerus compositus p̄scribatur digitus qui est pars numeri compositi ꝛ sinistretur articulus vt priꝰ. Omnis numerus qui est a centū inclusiue vsq̧ ad mille exclusiue per tres figuras habet scribi. Omnis numerus a mille inclusiue vsq̧ ad decē milia per. 4. et sic deinceps. ¶ Notandum etiam ꝙ quelibet figura

primo loco posita significat suum digitū Posita vo secūdo loco significat decies suum digitū: tercio centies: quarto millesies: quinto decies millesies: et sic ī infinitum multiplicando. Quelibet nāq figura secundo loco posita decies tantū significat quantū precedens. Uñ vers⁹. Unum prima secunda decem dat tercia centum. Quarta dabit mille milia quinta decem. Et hec de arismetrica dcā sufficiant.

Incipit Geometria. Ca. III.

Geometria vt dictum est habet fieri circa magnitudines: ꝛ hoc dupliciter ꝑm ꝙ ponit̄ communiter duplex geometria scȝ theorica ꝛ practica. Theorica enī passiones magnitudinum inuestigat ratōne et syllogismo: vt ꝙ triangulus habet tres. ꝛc. Practica vero est que mensuras magnitudinū inuestigat arte et instrumento. Et subdiuiditur in altimetram et planimetram et solimetram. Quarum prima est de mensuratōe altitudinū. Secūda de cōsideratione planorum: et Tercia de mensuratione solidorum. Instrumenta autē que huiusmodi mensurationibus deseruiūt sunt quadrans astrolabiuȝ: ꝛ sic ď aliis. ¶ De theorica aūt hic principaliter ē inquirendum a descriptione terminoꝝ incipiendum. ¶ Punctus est cuius pars non est habens positionem in continuo. Uel sic: Pūctus est principium vł finis magnitudinis vt principium vel finis linee. vnde in linea sunt duo puncta ī actu scȝ principium et finis linee. Multa vero in potentia que tunc fiunt in actu quando linea actu diuiditur. Magnitudinum autem quedam habent vnam dimensionem vt linea: quedā vero duas: vt superficies: quedam autē tres: vt corpus: quod habet longitudinem: latitudinem et profunditatē. ¶ Figura ē magnitudo terminata linealiter vel superficialiter. Omnis ergo figura aut ē plana aut solida. Et planas quidem termināt linee solidas aūt siue corpeas termināt superficies. Omnis autē figura solida aut est rotunda et sine angulis aut conica et angularis. Planaruȝ vero figurarum alia circularis et sine angulis: alia rectilinea et poligonia siue multoꝝ angulorum. Circulus est figura plana vna linea contenta que circumferētia nominatur: in cuius medio est punctus a quo omnes linee ducte ad circumferentiam sunt equales et hmōi punctus centruȝ dicitur circuli. ¶ Rectilinearum figurarum alia trium angulorum ꝛ vocat̄ triāgulus: alia quattuor angulorum: ꝛ vocatur quadrangulus: alie quinq angoloꝝ et vocat̄ pentagon⁹: ꝛ sic in infinitū. Et in qualibet specie illarum sunt figure regulares ꝛ irregulares. Regulares que habent vniformitatem in angulis ꝛ lateribus. Irregulares vero que nequaꝗ. Linea recta ꝑm aliquos est cuius medium non exit extrema. Scđm alios linea recta est longitudo sine latitudine cui⁹ duo extrema sunt duo puncta eꝗ ꝓtēsa

¶ Linea circularis est cuius medietas exit extrema

¶ Linea perpēdiculariter cadēs est illa que cadit ad modum perpēdiculi siue linee ꝑ quā artifices cognoscūt muri vł ligni rctitudīeȝ ¶ Angulus rectilineus est spacium causatum ex contactu duarum linearum rectarum.

¶ Et alius quidem est angulus rectus ꝛ alius obtusus: ꝛ alius acutus.

¶ Angul⁹ rectus est quē constituit linea recta cadens perpēdicłarit̄ sup aliā lineā rectā

Linea enim recta perpendiculariter cadens super aliam constituit cum ea suꝑ quam cadit duos angulos rectos. vnde eam orthogonaliter secare dicit̄ cum ad angulos rectos eā diuidit: vt hic.

¶ Angulus maioꝛ recto obtus⁹ ďr

¶ Angul⁹ minor rcō acut⁹ dr vt h̄ primus angulus est obtusus: secundus autem est acutus.

¶ Triangulus est figura plana tribus lineis cōtenta.

¶ Triangulorum alius est omniū triū laterum equalium et vocatur ysopleur⁹ vt hic. ¶ Alius duum laterum eq̄liū tm̄: et vocat̄ ysocheles vt h̄

¶ Alius triū laterū inequaliū: et vocat̄ scalerō l' vocat̄ ḡdat⁹: vt h̄

¶ Ex parte aūt angulorū diuiditur triangulus in orthogonum qui habet vnum angulum rectum: vt h̄.

Et in ampligonum qui habet vnum angulum obtusum: vt h̄.

¶ Et in oxigonum qui habet oēs angl'os acutos: vt hic. Ōis etiaz figura equilatria dr ysopleurus.

¶ Quadrangulus est figura plana quattuor lineis contenta: vt h̄

¶ Quadrangulorum alius paralelog̃mus id ē eq̄ distātiū late℞.

¶ Alius disparalelogramus: id est non eque distantium laterum.

Paralelogramo℞ alius habens omnia latera equalia et vocatur quadratum vt hic. Alius oppositorum laterum tantū equalium: et vocatur altera parte longior: q2 f̄m vnam dimensionem longior est q̄ f̄m aliam: vt hic.

¶ Differentia est inter circulum et sperā: quia licet vtraq̄ sit figura rotunda: tñ circul⁹ est figura plana vnica linea contenta. Spera vero est figura solida vnica superficie cōtenta. ¶ Circulus aūt cū sit figura vniformissima non diuiditur in plures species sed solum diuiditur diuisione quantitatiua in portiones. Ōnis aūt portio circuli vel est semicirculus: vel portio maior semicirculo vel eo minor. Semicirculus est figura plana diametro et medietate circūferētie ɔtēta

¶ Diameter est linea diuidēs circulū in duas partes eq̄les.

Semidiameter vero ē linea recta exiens a centro circuli ad circumferentiam eius: vt hic.

Portio vero circuli vt distinguitur contra semicirculū est figura plana recta linea extra centrum cadente et parte circumferentie contenta. Linea autem recta corda dicitur. Pars vero circumferentie arcus nominatur. Cum ergo circulus sic diuisus fuerit per cordaz ī portiones duas portio in qua est centrū est maior semicirculo. Portio autem ī qua non est centrū semicirculo minor appellatur. vt hic.

Portō enim dextra est minor

Portio autem sinistra maior

Angulus semicirculus dicitur quem diameter cum circumferentia constituit. Angulus portōis dicit̄ quē corda cū arcu constituit. Angulus ɔtingētie ē quē circulus et linea ɔtingēs circl'm ɔstituit.

¶ Circulū aūt linea ɔtingere dicitur que cū circulū tangit in vtranq̄ reiecta partem nō secat circulum vt hic.

¶ Circuli sese contingere dicuntur qui se tangentes seinuicē non secant: vt hic

¶ Concentrici circuli dicuntur qui supra idem centrum describuntur vt hic.

¶ Ecentrici circuli dicantur quorum centra distant cū sit circulus cum circulo: vt hic.

Est autē circulus figurarum p̄=


ma perfectissima pulcherrima capacissi=ma ꝛ ad modũ aptissima. licet autẽ circulus sit prima figurarum simpliciter siue vniuersaliter cum sit figura vnica linea cõtenta. Inter tamẽ figuras rectilineas angulus est prima figura. Cum enĩ due linee figurã rectilineam claudere vel terminare non possint oportet in figura rectilinea esse ad minꝰ tres lineas: ꝛ sic triangulus est prima huiusmodi figurarũ. Piramis est figura ad modum piri cuiꝰ extremum latũ dicitur basꝭ piramidis. Extremum vero acutum dicitur conus. ¶ Dicto de terminis geometrie videndum est de principijs geometrie siue ꝓpositionibus ꝑ se notis que dicunt̃ communes animi cõceptiones que statim cognoscũtur agnitis terminis ex quibꝰ dependent propositiones cõclusionum geometrie de quibus solum ꝓ nunc tangã octo quarum primꝰ est ista Omne totum equum est suis partibus simul acceptis ꝛ econuerso. Secunda omne totum est maius sua parte: ꝛ vtrobiꝗ totum sumitur cathegorice ꝛ non sinkathegoᶜᵉ. Totum autem kathegorice sumptum idem est ꝙ habens partes. Sincathegoriᶜᵉ autem idem est ꝙ quelibet pars. Tertia ꝓpositio est illa que vni et eidem sũt equalia inter se sunt equalia. Quarta si equalibus equalia addas vl' idem commune tota ipsa sunt equalia. Quinta si ab eq̃libus equalia demantur vel idem commune relinquũtur equalia. Sexta si ĩequalibus equalia addantur: vel idem commune tota sũt inequalia. Septĩa si ab ineq̃libus equalia demas relinquuntur ineq̃lia. Octaua si aliqua res applicetur alteri sic ꝙ altera non excedat alteram ille sibi inuicem erunt equales.

¶ Sequuntur conclusiones geometrie.

Deinde videndũ sunt alique conclusiones geometrie Quarũ prima sit illa que est 13. propositio ꝑmi geometrie euclidis: Si recta linea supra rectam lineam steterit: duo anguli vtrobiꝗ aut recti sunt aut duobus rectis equales.



Ex quo patet ꝙ totum spaciũ ꝙ in qualibet parte in superficie plana quemlibet punctum circumstat quattuor angulis rectꝭs est equale: vt patet in figura. Nã super lineam a b incidẽs linea c d vel erit super eam perpendiculariter cadens vel non. Si sic habentur duo anguli recti in forma. Si autem non sit perpendiculariter cadens erunt anguli eq̃les duobus rectis: licet non sint recti in forma. Quod ostendo sic: Sit linea e d perpendicularis super a b eruntꝗ duo anguli a d e ꝛ e d b recti per diffinitionem anguli recti sicut prius. Sed duo anguli a d c ꝛ c d e adequantur angulo a d e per primam animi conceptionẽ: ꝛ ꝙ duo anguli cum angulo e d b erunt equales ꝑ terciam communem scientiam q̃re omnes isti tres anguli erunt equales duobus rectis. Sed angulus d c b est equalis duobus angulis e d b ꝛ c d e q: sunt omnes eiusdem partes per primam scꝫ propositionem: ergo angulus c d b cum angulo a c d qui est acutꝰ est equal' duobus rectis: et hoc est quod volumus. Correlarium patet q: ex quo medietas spacij quod est super punctũ d valet duos rectos: ergo et totum spacium valebit quattuor rectos. Et quantumcunꝗ illud spaciũ diuidatur in multos angulos omnes anguli illi sunt partes totius spacij ꝛ omnes precise valebunt quattuor rectos vt patet per primam communem scientiam. ¶ Secunda conclusio sit illa: q̃ est. 15. primi euclidis: Omnium duarum linearum se inuicem secantium anguli ꝯ se positi sũt equales: vt patet in hoc exẽᵒ.



Nam duo anguli a e c et c e b coniuncti
sunt equales duobus rectis ⁊ anguli cō
iuncti c e b ⁊ b e d sunt equales duobus
rectis: ergo duo primi sunt equales duo
bus postremis. Dempto autē angulo cō
muni puta c e b residua erūt equalia vicȝ
a e c et d e b p quintā cōem sciētiā: et isti
sūt anguli ꝯ se positi ꝗ anguli ꝯ se positi
sūt eq̄les: qđ erat ꝓbādū. Et silr demon
strat̄ đ reliq̄s duob⁹ angul' ꝯ se positis.
¶ Tertia conclusio que est. 29. pmi eu-
clidis sit ista. Si duabus lineis eqꝫ distā
tibus tertia superuenerit quales quātos
qꝫ angulos super vnam fecerit tales tan
tosqꝫ faciet super reliquam. Ex quo ma-
nifestum est ꝙ omnis angulus extrinse-
cus angulo intrinseco sibi opposito ē eq̄
lis: ⁊ quilibȝ duo anguli coalterni sunt
equales. Duoqꝫ anguli intrinseci ex ea-
dem parte constituti duobus rectis sunt
equales: vt patet in hoc exemplo.
Sint enim due linee eque distantes a b
⁊ c d quibus linea e f superuenit Dico
ꝙ quales angulos cōstituit linea e f su-
per lineā a b tales facit super lineaȝ c d.
eodem ordine ita ꝙ anguli supiores a b
adequātur angulis superioribus c d et
inferiores inferioribus ex eadem parte
linee e f sumptis: verbi gratia: angulus
g angulo l et sic de alijs. Probatio. naȝ
si angulus l non sit equalis angulo g: er
go alter eorum erit maior: ⁊ sit angulus
l maior: sed angulus k ⁊ angulus g sunt
equales: qꝛ cōtra se positi per premissa:
ergo angulus l est maior angulo k Sed
illi duo anguli l et m sunt equales duo-
bus rectis per primam propositionem: ꝗ
et anguli k et m sūt minores duobus re-
ctis per aliam communem scientiam. s.
ꝙ quando aliquid cum maiore valet ali

ud cum minore valet minus: ergo due li
nee a b ⁊ c d si protrahantur in partes
d et b concurrent: et hoc per quandā p-
positionem geometrie q̄ est tal. Si recta
linea super duas rectas lineas ceciderit:
duoqꝫ anguli interiores ex vna parte du
obus rectis minores fuerit ille due linee
in eadem parte protracte concurrunt: et
per consequēs huiusmodi linee a b ⁊ c d
non sunt eque distantes quod est contra
ypposthesim. erunt ergo anguli g et l eq̄
les quod est propositum. Eodem modo
arguitur de h et m et đ i ⁊ n et đ k et o q̄
sunt inferiores et sub lineis eque distan-
tibus predictis collocati. Patȝ ergo an
tecedens theoreumatis. Prima ps cor-
relarij patet solummodo exponendo ter
minos. Nam quorumlibet angulorū du
orum quos equales ostendimus alt̄ vo-
catur intrinsecus qui scȝ est inter eque
distantes: et alter extrinsecus qui est ex-
terius sub l's. Secunda pars patet mo-
dicum transcurrendo terminos ⁊ expo-
nendo. Dicuntur ergo anguli coalter-
ni que alternant situm quantum ad su-
perius ⁊ inferius dextrum et sinistruȝ li
nee incidentis cuiusmodi sunt anguli g
et l. Et ꝙ equales probo quia anguli g
et l sunt equales ex prima premissa: ergo
angulus k est equalis angulo l per terti
am cōmunē scintiam: et eodem modo de
i et m qui sunt coalterni. Tertia ps pa-
tet statim videlicet ꝙ duo anguli intrin
seci ex eadem parte constituti sunt equa
les duobus rectis: puta k et m. Nam l ⁊
m sunt equales duobus rect̄ per primā
sed k est equalis l per secundam partem
correlarij: ergo ⁊c.
¶ Quarta conclusio q̄ cū sequenti ē 32.
prima euclidis sit ista: Omnis triangu-
li angulus extrinsecus duobus intrinse-
cis sibi oppositis est equalis: vt patet in
hoc exemplo. Vocatur autem angulus
extrinsecus qui constituitur ex ꝓtractōe
cuiuslibet lateris in cōtinuum ⁊ directū
vt si in triangulo a b c protrahatur a c vsqꝫ
ad d angulus d c b dicitur extrinsec⁹
⁊ duobus intrinsecis scȝ a et b est equalis

Quod sic probo a puncto c protrahã c e eque distantem a b lateri: eritqȝ angulus e c b equalis b angulo intrinseco: quia sunt coalterni per lineam b c incidentez duabus lineis eque distantibus: ⁊ angulus e c d equal' angulo a intrinseco quia extrinsecus est ad eum propter lineam a d incidentem eisdem duabus distantibꝰ eque. Ista patet per premissa: quare totꝰ angulus b c d est equalis duobus angulis a et b intrinsecis sibi oppositis p terciam communem scientiam. Vide 12 boeci.

¶ Quinta conclusio est illa: Omnis triangulus habȝ tres angulos equales duobus rectis. Nam totus angulus b c d extrinsecus est equalis a et b intrinsecis per premissa: sed si addas illi toti angulo extrinseco angulum c intrinsecum sibi coniunctum totum erit equale duobus rectis per primam: ergo si eundem angulum extrinsecum addideris a ⁊ b angul' intrinsecis totum erit equale duobus recti per quartam cõmunem scientiam.

¶ Sexta conclusio sit illa: Omnis triangulus cuius vnum latus est semidiameter duorum circulorum. ⁊ oppositus angulus est apud sectõnem eorundem circulorum est equilaterus. ¶ Accipiamꝰ lineam a b ⁊ super punctum a describat circulus occupando totam lineam a b. Item super punctum b describatur circulus alius equalis vt sit linea a b semidiameter duorum circulorum et a cõmuni sectõe illoꝝ circloꝝ que sit c ducantur due linee que sint c b et c a dico tũc ꝙ triangulus a b c est equilaterus. Nam per diffinitionem circuli linea b a ⁊ b c sunt equales: quia veniunt a communi centro ad circumferentiam. Similiter linea a c ⁊ a b ergo omnes erunt equales inter se per tertiam communem scientiam. exemplum patet in figura sequenti. Hec autem conclusio multum confert ad intelligendum quoddam dictũ Scoti: dis. 8. primi senten. q. de inmutabilitate dei.

Septĩa cõditio Diameter est assimeter vel est incommensurabilis coste quadrati. ¶ Ad cuius euidentiam Sciendũ ꝙ ille quantitates dicuntur incommensurabiles quarum non est aliqua proportõ Scdm enim euclidem omnium quantitatum commensurabilium proportio est ad inuicem sicut est alicuius numeri ad aliquem numerum: et per consequens sicut ipse vult si linee alique sũt commẽsurabiles quadrata ipsarum se habent ad inuicem sicut quilibet numerus quadratus ad alium numerum quadratũ. Quadratum autem diametri non se habet ad quadratum coste sicut numerus aliquis quadratus ad alium numerum quadratum: ergo nec linea que erat diametri q̃drati cõmensurabilis erit coste illius q̃drati: Minor patet ex penultima primi euclidis quia quadratum diametri ẽ duplum ad quadratum coste pro eo ꝙ ẽ eq̃le quadratis duarum costarum. Nullus autem numerus quadratus est duplus ad alium numerum quadratum: vt patȝ discurrendo per omnes quadratos ex radicibus in se ductis. Hec cõclusio iuuat ad intelligendum terciam. q. prologi sẽtentiarum Bonauenture: ⁊ de diuisione continui. dis. 2. scdi sen. Sco. exemplũȝ huius patet in figura.

Both perfect.

